LUDWIG, Daniel

L
L
V
18/n

L LV
18/m

34444/p

SPECIMINA COMMENTARII in DANIELIS LUDOVICI PHARMACIAM Moderno ſeculo applicandam.

ubi

Omnia notis Textui immediate ſubjectis ita illuſtrantur, ut Textus licet obſcuriſſimus levi negotio à Tyronibus intelligi, & locupletiſſima Rei Pharmaceuticæ cognitio ab iis acquiri queat: quem in finem non ſolum omnia ad B. Authoris usq; tempora uſualia remedia ex genuinis Authoribus allegantur, atque expenduntur, ſed etiam ex Recentiorum ſcriptis poſt obitum ejus detecta remedia ſuis quæque convenientibus inſerta ſunt locis.

edita

a

GEORGIO PHILIPPO NENTER,
Med. Doct. & Pract. Argent.

ARGENTORATI,
Sumptibus JOHANNIS REINHOLDI DULSSECKERI,
ANNO MDCCVIII.

PER-ILLUSTRI PROCERUM UNIVERSITATIS ARGENTINENSIS ORDINI

DN. JOH. BAPTISTÆ DE KLINGLIN,
REGIS Chriſtianiſſimi Miniſtro, Reipublicæ Argentinenſis Prætori Regio, ut & Univerſitatis Protectori Excellentiſſimo.

DN. JOH. JACOBO WURMBSER à Vendenheim/
Reip. Argent. Prætori, Tredecim-Viro & Univerſitatis Cancellario Eminentiſſimo.

DN. FRANCISCO Reißeißen / Reip. Argent. Conſulari, TredecimViro ac Academiæ Scholarchæ meritiſſimo.

DN. JOH. REINBOLDO FRIDERICI,
Reip. Argent. Conſulari, Tredecim-Viro atque Univerſitatis Scholarchæ Graviſſimo.

Dominis meis Gratioſiſſimis
Mecænatibus Maximis.

WELLCOME LIBRARY INSTITUTE

V I R I

Per-Illuſtris, Generoſiſſimi, Maximè

Strenui Eminentiſsime, Illuſtres, Magnifici Conſultiſsimi, Prudentiſsimi.

FRuctuum primitias Deo atque Principibus offerre Mandato Divino moratiorumque Gentium Conſuetudini olim conſentaneum erat, ut nimirum homines, ſe omnia Deo atque Principibus accepta ferre, publicè teſtarentur. Liceat & mihi, qui hactenus ſub Veſtra Protectione atque Patrocinio diſcendo & docendo Studiorum ſementem feci, quorum ſpecimina quædam ceu Gratiæ veſtræ Fructus Gratioſe accipere & intueri haud dedignati eſtis, hunc

Grato-

Gratorum Animorum laudabilem hac vice ſequi morem & VOBIS Commentarii in Ludovici Pharmaciam Veſtra ſub Protectione & Patrocinio nati, maximamque jam partem elaborati, Primitias offerre, quo publicum Veſtræ in immeritum Gratiæ, Animique Grati eam ſubmiſſa quotidie Veneratione prædicantis proſtet teſtimonium. Suſcipite eas Gratiosè, Gratiaque Veſtra uti hactenus, ita porro quoque me fovete, quo eâ ſuffultus Studiorum ſi non plenariam Meſſem, ſpicilegia tamen VOBIS, Mecænates Maximi, impoſterum exhibere queam

V. V.

Per-Illuſtr. Generoſiſſ. Illuſtr. atq; Magnif. Nominum

Humillimus Cliens

Georgius Philippus Nenter
Med. Doct.

PRÆFATIO.

Poſt accuratam Morborum Cognitionem ſive Hiſtoriam, nil eſt quod Medico magis eſt neceſſarium, eumque magis exornat, quam Medicamentorum ſelectorum gratorumque exacta notitia, quâ ſi inſtructus eſt, revera Gratioſus evadit, ſpemque pariter ac confidentiam, quam ægroti ſæpius magis ex medicamentis quam ex eruditione vel peritia Medici concipiunt, maximè auget: quâ ex adverſo ſi deſtituitur, licet optimè in morborum Hiſtoria ſit verſatus, horridus ſæpè apparet, ægrique remedia ingrata aut adverſa, multiplici licet experientia comprobata, magis quam deleteria, ſive toxica reformidant pocula. Id quod omnes omnium ſeculorum Medici probè agnoverunt hinc is ſemper eorum fuit labor, ut non ſolum remedia morbis curandis proportionata, ſed & ægrorum palatis arridentia invenirent, optimè ſcientes, averſionem, ſive ex medicamenti nimia mole, ſive ex ejus adverſo ſapore vel odore

conceptam, ſæpius medicamentorum operationem nimium quantum impedire, imo non raro effectum prorſus contrarium producere. Sed non omnibus feliciter hic ceſſit labor, prout enim alij magis viribus medicamentorum ſæpius putatitiis, alij autem ſapori conciliando magis intenti fuere, ſpe ſuâ ſæpiſſime exciderunt: quibus acceſſit, quod, dum quilibet (ne aliis indoctior haberetur) peculiaria ſibi excogitavit medicamenta, Materia Medica immane quantum creverit, tantaque hinc omnis generis Siruporum, Morſulorum, Electuariorum in Medicinam introducta fuerit farrago, ut nemo, cum quilibet propria laudaret, quæ quibus præferenda, quæq; ex iſta farragine eſſent eligenda ſciret: cui incommodo alterum jungendum, quod, quia ex multitudine ingredientium Medici peritiam Pharmaceuticam colligi poſſe credebant, quævis compoſitio nil niſi plurium ſimplicium vel coincidentium, vel non raro prorſus contrariorum coacervatio eſſet, in quibus tamen unico ingredienti ſæpius effœto, aut minimâ doſi præſcripto virtus totius compoſiti adſcribebatur, unde de ipsâ ſimplicium virtute maximum dubium & quidem non immerito oriebatur: verbo, miſerrima ſemper Pharmaciæ erat facies, omniaque dubiis atque hæſitationibus repleta erant. Non defuerunt tamen Zvvelfferi, Angeli Salæ *aliique cordati Medici, qui acriter hosce abuſus perſtrinxere, tyronibusq;*

ronibusque viam ad veram Pharmaciam variis editis Scriptis non ſine aliorum invidia monſtravere. Inter omnes autem libros hunc in finem ſcriptos DANIELIS LUDOVICI Pharmaciæ merito primum tribuimus locum, id quod nemo niſi præjudiciis occæcatus, aut cui Latinæ linguæ pariter ac Pharmaciæ ignorantia eam legere non permiſit, negabit: quicquid enim totus fere Galenicorum & Chimicorum Cohors in Officinas introduxit, imò quicquid ferè ſubtilis Alchymiſtarum turba ad debellandos morbos longo tempore excogitavit, variisque ignis gradibus excoxit, & ſub variis, magnis atque pomposis aures titillantibus titulis propoſuit, hic conjunctim, quæ alias in aliorum magnis diſperſa jacent voluminibus, reperies: non autem eum in finem hæc omnia collegit, ut ea Medicis commendaret, ſed oſtendit tantum quæ quibusvis temporibus fuerint uſualia, exque eorum vaſtiſſima congerie tanto judicio inſtituit ſelectum, ut mirari non ſatis queam, quomodo unicus homo Herculeum hunc laborem in ſe ſuſcipere, feliciterque ad finem perducere potuerit optatum. Selecta autem ejus medicamenta pompoſis Polychreſtorum, Arcanorum, Panacæarum, Mirabilium, Aurearum &c. *titulis minimê ſuperbiunt; quæ enim è ſimplicibus noſtratibus eligit, ubique obvia, experientia tamen comprobata ſunt; exotica vero non quævis, ſed ea tantum quorum doſis certa, quæq;*

minoris

minoris pretij grata & efficacia ſunt, admittit. In Præparatis autem omnem prolixitatem & ſumptus vitat, ita ut, ſi juxta eum labor inſtituatur, idem ſi non majus, quod alii per longas ambages quærunt, inveniatur. Licet autem iis, quibus Univerſalia atque polychreſta cerebrum reddidere tumidum, maximè ſimplicia omnia ejus medicamenta appareant, nihilominus tamen ſimplicitate carent, eâque ipsâ magis quam aliorum arcana ſe commendant. Hinc etiam elogium Schelhammeri in Annot. ad Introd. Conringij p. 386. *&* Sempronij Grachi in Herma *p.* 148. *veriſſimum eſt:* in hac *ſcil.* Pharmacia nil eſſe fucati, nil falſi, ſed ſincera & quousque eniti potuit humana experientia vera eſſe omnia, omnia uſu probata, ratione confirmata & promiſſis reſpondentia, ita ut ars noſtra vix ſaniorem librum in hâc materia hactenus unquam viderit. *Sed quamvis verè aureus ſit hic libellus atque polychreſtus, nihilominus tamen magna ejus obſcuritas multos à diligentiori ejus lectione abſterret: quæ quidem obſcuritas partim ex longis paragraphis, iisque interjectis pluribus parentheſibus, partim, quod ipſe Author, qua eſt ingenuitate, in* Annot. *ad* Diſſert. I. §. 4. *fatetur, ex Authorum ſubintellectorum omiſſione oritur: proſtant hunc in finem varia Authorum conſilia, dum alij textus immutationem, alii autem ut omiſſis parentheſibus penſum certum legatur, ad obſcuritatem tollendam, ſuaſerunt. Sed etiamſi conſilia hæc optima ſint, nec ſine fructu Tyronem dimittant, magis tamen placuit B. Ettmülleri modus, qui Commentario Auth. N. illuſtrare optimo ſucceſſu conatus eſt. Verum cum caritas operum Ettmülleri, quo minus doctiſſimus hicce C mmentarius cum textu Ludoviciano conjungi poſſit, impediat, tentare operæ pretium eſſe duxi, num forſan ita adornari poſſit hæcce Pharmacia, ut notis Textui immediatè ſubjectis ejus obſcuritas tolleretur: cumque id occaſione Collegij privatiſſimi optime fieri poſſe deprehenderim, Authoris N. maximam partem proprios in uſus notis illuſtravi. Ut autem pateat quo modo explicationem ejus inſtituerim, en L. B. ſpecimina quædam de Purgantibus Vegetabilibus atque Mineralibus: an Textus Notis ſubjectis ſufficienter ſit explicatus, Tuo relinquo judicio. Si ad palatum Tuum ſunt, totum Authorem h. m. illuſtratum publicæ dare luci non detrectabo. Vale Lector Humaniſſime, mihique fave. Dabam Argentorati M DCC VIII. d.* 14. *Aprilis.*

PARTIS SECUNDÆ

CLASSIS II.

DE

PURGANTIBUS

CAPUT I.

DE

PURGANTIBUS VEGETABILIBUS.

JALAPIUM § I. Sit itaque primò (donec poſt famoſam ſuperiorum annorum *Mechoacannam* & *Guttam Cambodiam*, ſequiori ſeculo convenientiùs forſan offeratur) polythrilleton nunc (a) *Jala-*

COMMENTARIUS.

JAlapium (a) quòd etiam *Jalapa* & *Gialapa* à *Xalapa*, Portu Novæ Hiſpaniæ celeberrimo vocatur, de quo vid. inpr. *Piſon. Hiſt. Ind. Nat. p.* 253. Conf. *Sim. Pauli Quadrip. Botan. p.*472. Alij *Bryoniam Mexicanam* vel *Peruvianam* & *Mechoacannam Nigram* ad differentiam *Albæ*, ſuperioribus annis multis admodùm familiaris, (de quâ infrà §. 7.) appellant. Refertur communiter ad *Solana*, undè etiam à quibusdam *Solani Mexicani* nomen ei imponitur; ab his tamen flore & fructu diſtinctam eſſe, & hinc peculiare plantæ genus conſtituere demonſtrat. *Tournefort Elem. Botan. p.* 105. ubi tres Jalapæ ſpecies recenſet, quarum ultima, *Jalapa fructu rugoſo* dicta, noſtra & officinalis eſt: prima autem, quæ *Jalapa flore vario eleganti* & à *Caſp. Bauh. Solanum Mexicanum flore magno* vocatur, eſt *Flos Mirabilis Peruvianus.*

Ex quo

pium, à quorundam nuper (b) *Matuliſtâ* ſanè nondùm expunctum: (c) acre ſatis, ceu tractantes variè in errhinis quoquè experiuntur: (d) Hypochondriacis tamen noſtris utplurimùm haud inconveniens; (e) nec mole nec ſapore adeò adverſum: dignum de cætero, quòd plurimis incommodioribus ingratioribusque Catharticis pridem ſubſtituiſſemus. Inde *Pulvis* in ſuo genere Polychreſtus & diverſimodè per competentia additamenta applicabilis: ceu aliâs notum eſt, & fuſiùs hoc infrà (*§.* 22.) perſequemur. Nec (f) *Magiſterium* (quamvis æqui-

COMMENTARIUS.

Ex quo apparet radicem Jalapæ non præciſè eſſe radicem *Mirabilis Peruvianæ*, uti *Ettmull. T, I. p.* 748. *&* 1066. ut & *T. II. p.* 23. ex radicum & virium aliquali convenientiâ colligere vult, ſed ab eâ diſtinctam eſſe; easq; genere quidem convenire, ſpecie autem differre.

(b) *Matuliſta*) quid ſit? *vid. infrà in Notis ad* §. 18. ubi agitur de *Purgantibus curioſis*.

(c) *Acre*) hinc etiam Pulvis inter terendum aſſurgens ſubtilis, aut pulveriſata Jalapa naribus excepta, ſternutationem ſatis validam excitare valet: id quod aliis quoq; purgantibus, ſternutatoria hinc ingredientibus, ſolenne eſt, *Helleboro* v. g. *Elaterio*, *Iridi Florent. Vitriolo albo* & *Euphorbio*, de cujus virtute errhina *vid. infrà* §. 13.

(d) *Hypochondriacis*) Diſtinctio hîc maximè obſervanda eſt inter Hypochondriacos, quorum enim corpora ſucculenta & obeſa ſunt, optimè ferunt purgantia, etiam reſinoſa; qui autem ſiccioris ſunt habitus, facilimè ab iis, inpr. reſinoſis, læduntur. Cùm enim non niſi majore doſi moveantur, facillimè hinc hypercatharſis, aut tormina maxima, non rarò in Pareſin terminantia, excitantur. Hiſce itaq; non niſi laxantia & blandè alvum ſubducentia conveniunt: aut ſi vel maximè reſinoſa in uſum trahere animus eſt, ea non niſi probè cum ſalinis abſtergentibus correcta & corpore priùs præparato exhibeantur.

(e) *Mole*) Purgantium quædam nimiâ mole, quædam ſapore moleſta ſunt. Sed hæcce omnia in noſtro purgante non reperiuntur; moles enim, ſcrupulum vix tranſcendens, & ſapor parùm moleſtiæ creant: præterea tutum quoq; eſt remedium, humores ſeroſos optimè expurgans, ut hinc non immeritò miretur *Dn⁹ Boulduc* rariorem hujus purgantis uſum: cauſam quidem ſubjungit, quosdam ſcil. ideò hujus uſum reformidare, quòd alvum per aliquot dies ſegniorem reddat; ſed rectè hiſce reſpondet, hoc omnibus purgantibus inpr. autem Hydragogis commune eſſe. *Acad. Reg. ſcient. A.* 1701. *Memoir. p.* 107.

(f) *Magiſterium*) Eſt nil niſi reſinoſa radicis pars mediante ſpiritu vini extracta & aquâ vel ſimplici vel deſtillatâ

præci-

valentium reſpectu paulò(g)ſumptuoſiùs)vel eorum causâ, qui ob exoterica quædã Scamoniatũ averſantur, hinc penitus excludemus, ſi modò decenter (h) dilatatum delicatioribus fortè detur. *Mucaginoſum* autem

COMMENTARIUS.

præcipitata. vid. *Lemery Chym. p.* 469. *Pharm. Aug. p.* 330. ab aliis tamen abſq; præcipitatione præparatur, infundendo ſolùm radicem in ſpir. vini, eumq; in M. B. abſtrahendo vel evaporando, undè in fundo reliquitur reſina admodùm nigricans. Cui tamen præparationi prior præferenda eſt, quia Magiſterium elegantiùs flaveſcente colore præditum, præbet. In hâc reſinâ, quæ radicis quaſi nucleus eſt, omnis ferè Jalapæ virtus latet, undè etiam hâc extractâ, remanentiæ radicis parùm vel nihil virtutis purgantis ineſt. Quod ex *Acad. Reg. Scient. l. c.* patet, extractum enim ex radicis remanentiâ, poſt paratam reſinam, cum aquâ ſimplici confectum parùm vel nihil purgabat, ſed per urinam tantùm pellebat. Doſis Magiſterii eſt à ſcrup. *ß.* ad grana XV.

(g) *Sumptuoſiùs)* Sumptus tamen hi probè compenſantur, dum ex jalapæ reſinoſæ ℔j ad minimum reſinæ Unc. iij imò interdùm IV. prodeunt, quarum ſingulæ juxtà communem taxationem duobus thaleris veneunt, & Spir. vini maximam partem, ſimili vel aliis uſibus impendendus, abſtrahi poteſt. vid. *Auth. noſtr. Diſſert. II.* §. 48. Conf. *Wedel. Pharm. Acroam p.* 388.

(h) *Dilatatum)* Cùm reſinâ ab humiditate corporis minimè reſolvi, nec hinc æqualiter per inteſtinorum tractum diſtribui queat, accidit, ut *vel* prorſùs prærlabatur, atquè ſic in majori quoq; doſi parùm efficiat, uti id *Wedelius A. M. M. p.* 272. ex *ZWelff. Animadvers.* probat: *vel* uni tantùm parti adhærens, ob nimiam hinc ſequentem irritationem, hypercatharſin excitet, cujus rei aliquot recenſentur exempla à *Muralto M. N. C. Dec.* 2. *Ann.* 7. *obſ.* 112. hinc extra corpus ita præparanda eſt reſina & dilatanda, ut intrà corpus ſumpta eò promptiùs & tutiùs operetur. Id autem variis modis fit: vel enim 1. in *ſpiritu* quodam *ardente*, *vini* v. g. *Ceraſ. nigr. Aniſi. &c. ſolvitur*; qui promptiſſimè, ſi genuini ſunt, in minutiſſimas particulas reſinam reſolvunt; ubi tamen notandum, reſinas h. m. dilatatas duplo ferè plus operari, de quo *vid. Auth. N. ſuprà part. I.* §. 15. & *Wedel. l. a. p.* 271. Vel 2. *cum Vitello ovi*, *Nuce Moſchatâ*, *Amygdalis* aut aliis oleoſis *teritur*: de quibus dilatandi modis vid. *ZWelff Pharm. Reg. p. m.* 77. & *App. ad Animadv. p.* 27. *M. N. C. l. c.* Vel 3. *Salia, Tartari ſc. Abſinthiiq; admiſcentur*: quatenùs hæc non ſolùm ad reſinæ reſolutionem intimiorem faciunt, ſed etiam ob vim abſtergentem, quòminùs firmiter reſinæ inteſtinis adhærere queant, impediunt. Metus itaq, eorum vanus eſt, qui apud *Rolf Chim. p.* 331. Magiſterium Jalapæ ideò reformidant, quòd calorem mordacem à ſpiritu ardente augeri credant: ut & eorum, qui ob heterogenea, Tithymalina ſcil. Scammonio nonnunquam admixta, vim rodentem ei ejusquè Magiſterio tribuentes, jalapinum pariter atquè ſcammoniatum externâ facie & viribus

(i) *Extractum* (reſinæ quaſi parergon) languidum eſt ; uti & ipſius

COMMENTARIUS.

ribus convenientia, rejiciunt. Sed experientia, optima rerum magiſtra, utrumq; ab his vanis objectionibus & accuſationibus liberat : ſi autem vel maximè mali quid horum uſum ſecutum eſt, malæ potiùs præparationi, largiori doſi aut neglectæ ſufficienti dilatationi, quam ipſis magiſteriis per ſe innoxiis adſcribendum erit.

(i) *Extractum*) Variis hoc præparatur modis : communi modo fit, quando *Reſinâ præcipitatâ, vinique ſpiritu in M. B. abſtracto, remanentia aquoſa ad juſtam conſiſtentiam inſpiſſatur.* Sed quia paucas tantum in ſe continet particulas reſinoſas, maximè languidum eſt, & urinam potiùs pellit, quàm alvum movet, uti paulò ante jam dictum eſt : undè etiam quidam à remanentiæ radicis (poſt extractam reſinam) Drachm. ſ. tormina tantùm, alii duo nihil ſenſere, teſte *Auth. N. in Annot. ad Diſs. I.* §. 48. Hoc itaq; extractum eſt reſinæ parergon. Poteſt tamen aliâ quoquè ratione fieri extractum cum aquâ ſimplici juxtà modum *Dni. Boulduc. l. a.* infunditur ſc. & decoquitur Jalapæ radix pluribus vicibus in aquâ ſimplici, ut particulæ gummoſæ ſive ſalinæ eò meliùs extrahantur : hinc aqua omnium infuſionum atquè decoctionum per plures dies in loco calido digeritur, ut particulæ craſſiores & mucaginoſæ ſeparentur ; tandem liquores filtrati in extractum rediguntur, quod ipſo teſte à 24. uſquè ad 36. grana exhibitum blande purgat, & egregiâ vi duretica præditum eſt : hoc modo ex Jalapæ *Unc. XII.* paravit Extracti *Unc. VI. ſ.* particulæ craſſæ & mucilaginoſæ per filtrationem ſeparatæ & exiccatæ pendebant *Unc. I. ſ.* Remanentiæ radicis pondus erat *Unc. IV. ſ.* ex quâ ſpiritu vini extraxit Reſinæ *Drachm. V.* quibus addendæ *Drachm. iij.* quas decoctioni ſupernatantes ſeparavit : ita juxta computum ejus Extracti *Unc. VI.* continebant Reſinæ *Unc j.* quam particulæ Gummoſæ ſolutæ ſimul abripuerant. *Extractum* Jalapæ *ZWelfferi* pariter non eſt contemnendum, ex *Extracti Unc. VI.* & *Reſinæ Unc. ij.* conſtans : teruntur ſc. Reſinæ *Unc.* ij. cum Amygd. dulc. ex cort. *Unc. j.* vel *iſ.* & adduntur Extracto, tandem ad gratiam ipſis admiſcetur *Eſſent. Aurant. Sacchar. è cort. parat. Unc. j* vid. *Pharm. Reg. p.* 110. Nec minorum eſt virium illud Extractum, quod juxtà *Charas Pharm. Reg. p. m.* 741. præparatur, Gummoſâ & Reſinoſâ parte conſtans ; extrahitur enim radix primò vino albo, deindè reſiduo ſuperfunditur ſpiritus vini aliquoties : tandem liquores filtrati conjunguntur & in Extractum rediguntur : cui adhuc ſal fixum ex radicis remanentia extrahendum addi poſſe putat. Sal hoc ſed minimâ quantitate extrahi poſſe aſſerit *Lemery Chim. p.* 470. *Extractum* deniq; *Schrœderi Pharm. L. IV. p.* 272. cum ſpiritu vini paratũ, non aliter à reſinâ differt, quàm quòd ab hâc omnis ſpiritus abſtractus, atquè hinc omni humiditate privata ſit : Extracti autem particulæ reſinoſæ adhuc aliquô modô dilatatæ ſint à ſpiritu vini. Sed quid opus eſt tot ac tantis laboribus ? cum Reſina modis ſupra poſitis dilatata omnibus ſatisfaciat indicationibus.

(k) *Infu-*

radicis (k) *Infuſum* in Cereviſia Viniſq;, ni fortiſſima fuerint, aut mediocribus alcali aliquod in paulò majori pondere adjiciatur: ceu alii quoq; pridem, ſed uſq; dùm incaſſum monuerunt.

ALOË §. 2. Sit porrò *Aloë* inter ſui generis amaricantia peculiarem ſtimulum hûc conferens: extra (b) abuſus (aliis ſufficienter notatos) & quod in diſpoſitis nimiâ continuatione

COMMENTARIUS.

(k) *Infuſum*) Adjicitur interdùm Nodulis Purgantibus Vino vel Cereviſiæ infundendis radix Jalapæ, ſed malè. Cùm enim jalapæ vis purgans, uti ex ſuperioribus conſtat, in reſina lateat, per ſe patet, neq; vinum, neq; cereviſiam, neq; aliud menſtruum aquoſum proportionatum ad reſinam extrahendam eſſe menſtruum, ſed ſpiritum vini alioſq; ardentes ad hoc negotium requiri. Et licèt quoquè vinum & cereviſia ſint fortiſſima, aut mediocribus alcalia majori doſi addantur, non omnes tamen, ſed paucas tantùm in ſuperficie radicis hærentes particulas reſinoſas, vel a vino reſolutas, vel à ſalibus abraſas, imbibunt, interiores autem & arctiùs inhærentes intactas relinqunt. Si autem omninò quis infuſum tale deſideraret, radix priùs ſpiritu vini maceretur & hinc demùm vinum ſuperfundatur, ut h. m. Reſinoſæ particulæ à ſpiritu vini ſolutæ liquori affuſo communicari queant: uti optimè hoc monet *Rolf.* O & *M. Med. Spec.* p. 507. & *Wedel. A. M. M.* p. 272.

(a) *ALoë*) eſt ſuccus gummeo-reſinoſus amarus, ex aloë orientali ſauciata exſtillans, vel ex eâdem expreſſus & leni calore inſpiſſatus. Succus hic ratione puritatis differt, undè variæ quoq; ejus reperiuntur ſpecies, quarum prima eſt *Caballina*, ob varias quiſquilias & ſordes ipſi admixtas Caballorum ventribus dicata: altera, priori purior, eſt *Epatica*, ob colorem ita dicta: tertia *Socoterina* ab Inſulâ Orientalis Indiæ *Socotera* nomen obtinet: non autem ſuccotrina, qs. ſuccocitrina, uti quibusdam placet, dicitur, de quo vid. *Sim. Pauli l. a.* p. 148. & p. 245. *Wedel. l. a.* p. 256. *Hoffm. de M. O.* p. 5. Hæc ſi à ſordibus ita depurata eſt, ut inſtar vitri ferè pellucida ſit, *Lucida* appellatur, & hinc quibusdam quartam ſpeciem conſtituit. Adulteratur interdùm aloë gummi Arabico: quomodò autem hæc falſata à verâ diſcerni queat. *vid. apud Ang. Salam.* p. 23.

(b) *Abuſus*) abuſus hi triplici modo committuntur, 1. *larga nimis doſi aloën præſcribendo*: quod Veteribus inprimis ad Drachm. ij in ſubſtantia, & in infuſo ad Unc. ß. teſte *Sebizio Spec. Med. Pr.* p. 55. exhibentibus, ſolenne erat, unde non poterat non ea ob mala indè pendentia multis malè audire. *conf. Hoffm. l. a.* p. 8. 2. *Nimis diu aloën & aloëtica continuando*: unde ex nimio ejus uſu mictum cruentum obſervavit *Bartholinus Act. Hoff. Vol.* 2. *obſ.* 64. p. 167. & notante *Wedelio* l. a. p. 257. ex Bezâ, Calvinus in hæmorrhoides ulceroſas & ſanguinis exſcreationem ob

(c) hæmorrhoides tandem (quicquid etiam *prætenſæ correctiones* promittant) haud raro concitet, de cætero innocens: *Socoterina* vel etiam *Epatica ſelectior*, à quiſquiliis & reſinoſitate ſuâ (præcipuo teneſmi illius

COMMENTARIUS.

aloës uſum nimiùm incidit: imò, eodem obſervante, Pilulæ Francof. in quartâ ferè parte eorum, qui iis uſi ſunt, hæmorrhoides excitarunt. Tabem quoq; ex nimio aloës uſu obſervavit *Hoffmannus* teſte *Pechlino* de *Purgantibus*. 3. *Sine diſcrimine eam omnibus exhibendo*: hinc conſentientibus Authoribus & teſte experientia, neq; calidioris & ſiccioris temperaturæ hominibus, neq; ad quasvis hæmorrhagias pronis, neq; à febribus lentis emaciatis danda eſt: abuſus in hiſce ultimis inſignè refert exemplum *Harris de Morb. Acut. Infant. p. m.* 130. de infante quadrienni febre lenta correpto, qui binorum dierum ſpatio per uſum *Hieræ Picræ* eò redactus eſt, ut labem viſcerum indè ſubitò enatam αὐτοψία Anatomica poſt mortem demonſtraverit: quarè etiam *l. c. p. 66.* infantibus aloën diſſuadet.

(c) *Hæmorrhoides*) Non aloë ſolùm, ſed & quævis purgantia impr. acriora hæmorrhoides in diſpoſitis excitare poſſunt. Sic obſervante *Sculteto obſ. chir.* 71. Lanio quidam toties hæmorrhoidum fluxum patiebatur, quoties medicamentum ex *Scammonio* aut *Sena* aſſumebat: & *Manardus L.* 12. *Epiſt.* 3. *p.* 226. ab exhibito *Rhabarbari* potu idem obſervavit. Hanc autem purgantia vim hæmorrhoides excitandi ideò poſſident: 1. quòd particulis reſinoſis aut acrioribus mucum inteſtini recti abradendo & pertinacius ei adhærendo irritationem & maximum dolorem excitent. 2. quòd humores acres, vel in ipſis inteſtinis hærentes, vel ob irritationem eò delatos, ad inteſtinum rectum promoveant, qui ibidem hærentes atquè fortiùs ſtimulantes dolores atqué tumores hæmorrhoidales excitare valent: quòd autem tale quid ab humoribus acribus contingere poſſit, probat obſervatio *Wedelii l. a. p.* 257. de hæmorrhoidibus à bile obortis ſolo purgante ex jalapâ curatis. Ad hanc itaq; rem impr. apta eſt aloë, quippe quæ & reſinâ acri pollet, & tardè admodum humores movet: unde ob hanc motus tarditatem reſina occaſionem eò faciliùs inteſtino recto adhærendi acquirit, & humores quoq; tardè moti acredine ſuâ irritationem â reſinâ inceptam adjuvare poſſunt; præſertim ſi uſus accedat continuatus, hinc enim levi negotio vaſculis nimiùm nudatis & tandem eroſis hæmorrhoides fluentes oriuntur. Hanc erodendi vim & acrimoniam ut veteres corrigerent, *Tragacantham*, *Bdellium*, & *Maſtichen*, *Decoctum paſſularum*, *olea &c.* adhibuerunt: ſed correctio hæc parvi eſt momenti, quatenus acredinem, brevi iterum erupturam, tantùm occultant antea recenſita corrigentia, verè autem minimè corrigunt. Recentiores autem variis Inſuccationibus & Extractionibus correcti-

hæmorrhoidalis authore) (d) *Aquâ ſolùm ſimplici*, (quid enim è deſtillatis vel Sero aut Aceto, imò ipſo quoq; Rore hic exſpectemus?) ſimpliciſſimè (infundendo vel coquendo) ſed tamen ſolicitè ſequeſtrata & in vaporoſo balneo denuò ad pilularem conſiſtentiam exhalata, in ejuſcemodi (e) *electivè* purgantes Maſſas (cùm Antiquorum *Hieras* nemo temerè nunc lin-

COMMENTARIUS.

correctionem aggreſſi ſunt; quid verò de illis cenſendum ſit, *vid. paulò infrà.*

(d) *Aquâ ſimplici*) cùm in Aloë duas partes Gummoſam & Reſinoſam eſſe conſtet, quarum illa blandè alvum ſubducit, hæc autem vulneraria, roborante, vermibus atq; putredini reſiſtendi vi prædita eſt, duplex quoq; & appropriatum utriq; parti requiritur menſtruum, Aqueum ſcil. & Spirituoſum, quorum priùs Gummoſæ, poſteriùs autem Reſinoſæ dicatum eſt ſubſtantiæ. Si itaq; Extractum laxans parandum eſt ex Aloë, Menſtruum ſit aquoſum, quod intactâ Reſinâ Gummi tantum ſolvat: huic fini optimè inſervit Aqua ſimplex, locò cujus alii Aquas Deſtillatas, Serum, Acetum vel Rorem adhibent; ſed ideò Extractum majores vires non acquirit, ei enim iſtud aqua ſimplici præparatū æquipollet, quicquid etiam de Roris vi penetrante ſalinâ, de Sero, Arabum matre infuſionum, Aquarum Deſtillatarum & Aceti viribus correctoriis proferant. Aloë h. m. præparata lota communiter vocatur, ſed rectiùs Extracti nomen ei competit. Hæc autem lotio lotioni Veterum, quæ cum deperditione Gummoſæ ſubſtantiæ fiebat, longè præferenda eſt, quando ſcil. aliquoties aquam affuſam cum ſordibus, ſed ſimul cùm Gummi in aqua ſoluto, abjiciebant, unde etiam majores vires purgandi habebat aloë cruda, lota autem magis roborabat. vid. *Sebiz. & Hoffm. l. a.*

(e) *Electivè*) Reſpicit hic Author potiſſimùm ad Veteres, certis corporis humoribus certa purgantia deſtinantibus, undè Hieris ſuis, & Pilulis, quarum baſin Aloë conſtituebat, pro humorum peccantium ratione varia purgantia adjiciebant, in affectibus v. g. pituitoſis Colocynthidem, in bilioſis Scamonium, in melancholicis autem Helleborum nigrum aliaq; unde variæ reſultabant Hieræ compoſitæ, de quibus *vid. Hoff. l. a. p. & 9. 10. & infrà §. 17. de Purgantibus Ingratis No. 4. de Electuariis.* Ad Veterum imitationem, omiſſis aromatibus copioſis, quibus Hieras ſuas onerabant, tales electivè purgantes Maſſas compoſuit *Quercetanus*: hinc ab addito Rhabarbaro *Aloë Cholagoga*, ab Agarico *Phlegmagoga*, à Sennâ & Epithymo, *Melanagoga ſimplex*, à Rhabarbari, Agarici aut Turpethi, Hellebori nigri & Senæ Extractis cum Aloë mixtis *Panchymagoga* ortum traxit, quarum deſcriptiones vid. in *Schrœd. Querc. Rediv. T. 2. p. 379.* Sed quid opus eſt tot ingratis Maſſis? cùm ex tempore, ſi vel maximè quis, Antiquitatis veneratione aut certa hypotheſi ductus, tales electivè purgantes Maſſas deſideraret, fieri poſſent,

adden-

gat) ſufficientiſſima; carius curioſiusqué per (f) *ardentem ſpiritum* extractâ, indeq; reſinoſiori, manifeſtè præſentior atq; ſecurior (g) *Inſuccatæ* cuivis, utut famoſisſimæ, *Violatæ, Roſatæ, Fragatæ* par, imò (cùm reſpectivè vel in effectu ſaltem parum ſit, quod de ſuccorum magmate ſingulis accedat doſibus) ſuo modo in actione ſua ut liberior, ita ſuperior; & ejus generis eſſentiis vegetabilibus, ſi quidem omninò conjun-

COMMENTARIUS.

addendo ſolùm extracto huic, ſimplici aqua parato, Reſinam Ialapæ, Scamonii, Extractū Colocynthidis, Hellebori-nigri, Agarici aliaque extracta, pro humorum peccantium, quos expellere ſtudet, diverſitate & conditione. An autem dentur electivè purgantia, certis tantùm humoribus deſtinata, diſputant Authores. Veteres id affirmarunt, quidam autem Recentiorum prorſus negant, quorum argumenta vid. apud *Ettmull. T. 1. p.* 334. *Primeroſ. de Error. Vulgi L. IV. cap.* 57. *p. m.* 551. ſatiùs tamen eſt eligere ſententiam *Hermanni Grube de Med. ſimpl. Cogn. p.* 157. mediâ viâ inter Veteres atq; Recentiores incedentis. *Conf. Bohn. de Offic. Med. p.* 280. *Wedel. A. M. M. p.* 237.

(f) *Per ardentem ſpiritum*) hanc præparationem urget *ZWelff. Animad p.* 175. exiſtimans, contra Schrœderum, in parte reſinoſâ vim purgantem latere, & hinc ſpiritu vini aloës extractum eſſe parandum. Sed fallitur *ZWelfferus*, nam 1. experientia quotidiana demonſtrat, Aloës partem Gumoſam aquâ extractam optimè, Reſinoſam autem minimè purgare, & hinc in iis potiùs caſibus extractum reſinoſum convenire ubi adſtringendum & roborandum eſt. 2. Non ſequitur, quia Ialapæ aliorumq; vis purgans in reſina latet, E aloë quoq; reſinoſâ parte purgat; inſignis enim inter Purgantia Vegetabilia reperitur differentia; dum *quædam* Mucilagine, ut Sena: *quædam* ſola parte Gummoſa, ut Aloë: *quædam* ſolâ *Reſina*, uti Ialapa: *quædam* autem utrâq; parte Gummoſa & Reſinoſa conjunctim & ſeparatim purgant, uti Gummi Guttæ, Euphorbium & Scammonium.

(g) *Inſuccatæ*) Aloë inſuccata, quæ etiam Nutrita vocatur, fit, quando aloë à ſordibus depurata aliquoties in Succis Vegetabilium ſolvitur & exſiccatur: Hoc autem ideò à Medicis fit, *partim* ut vis purgans augeatur: *partim* ut partes roborentur: *partim* ut aloës acrimonia corrigatur & mala indè pendentia præcaveantur. Hunc in finem varios Vegetabilium ſuccos *Violarum, Roſarum, Fumariæ, Borraginis, Bugloſſæ, Fragorum, Cardui Benedicti, Chamomillæ, Chamædrios, Veronicæ, Verbaſci &c.* adhibuerunt, undè varia nomina aloë accepit, & pro diverſitate ſucci modo *Aloë Roſata*, modo *Violata*, modo *Fragata* appellata fuit. vid. *Charas Pharm. Reg. p. m.* 733. *Schrœd. l. a. p.* 283. *Wed. Pharm. Acroam. p.* 25. ſed ſi accuratiùs rem perpendimus, deprehen-

gere placuerit, facilè poſtmodum ſubigenda : præterea in (h) *Liquorem* quoq; *vulgatis dilutis & Elixiriis Aloëticis* (laxandi quidem cauſa) longè pollentiorem, cum *Salis Eſſentialis* vel ſaltem *Alcali Tartarei aliquota parte* (ceu infrà pleniùs hoc perſequemur) promptè redigenda.

SENA. §. 3. Accedat (a) *Sena*, non titulotenùs Alexandrina ſolùm, ſed (b) *bonæ notæ* quævis, recentior non exeſa, nec *deſide*

COMMENTARIUS.

bendemus, eum effectum, quem Authores ſibi pollicentur, vix à tantillo ſucci admixti expectari poſſe. Cùm enim aloës grana tantùm aliquot ſumpta alvum optimè moveant, granum unum vel alterum ſucci Violarum vel Roſarum vim aloës parum exaltabit: neq; etiam reliqui ſucci partes adeò roborabunt, aut mala ab aloës acrimoniâ pendentia præcavebunt, quicquid etiam *Charas l. a.* de ſucci violarum ſingulari vi aloës acrimoniam temperandi loquatur: Pilulæ enim Francofurtenſes, quæ tamen ipſo conſentiente nil niſi Aloë quædem Violata ſunt, eôdem modô atq; reliqua aloëtica crebriori uſu hæmorrhoides excitant. Cùm itaq; in omnibus hiſce præparationibus & inſuccationibus reſina, à quâ tamen potiſſimùm vis hæmorrhoides excitandi dependet, relinquatur, meritò hiſce Authoris noſtri Extractum, ſimplici modo paratum, præfertur, utpote quod reſinoſâ aloës parte carens optimè alvum movet.

(h) *Liquorem*) vid. infrà de *Laxativis* §. 2. No. 2. *Dilutum Aloëticum.*

(a) S*Ena*) qs. *Sana*, ob polychreſtum quem in multis morbis præſtat uſum, & quod omnibus ferè cujuscunquè ætatis hominibus conveniat, undè etiam rectè *Wedelius A. M. M. p.* 264. de ea affirmat, quòd *tota bona* ſit. Decem ejus dantur ſpecies, *teſte Langio Oper. Part. I. p.* 467. è quibus duæ tantùm in uſu ſunt, quibus nomina à Patriâ impoſita, *Alexandrina* ſcil. atq; *Italica*, quarum tamen illa in operatione promptior eſt. Virtus earum in copioſa mucilagine, cui ſal acre immixtum eſt, conſiſtit. Mucilaginem hanc duplicem ſtatuit *Ettmull. T.* 2. *p.* 25. *a.* Volatiliorem alteram, alteram autem ſpiſſiorem & tenaciorem, illamque blandè admodùm, hanc verò non ſine magnis torminibus operari aſſerit.

(b) *Bonæ notæ*) *ſit ſcil. recentior non exeſa, ſine ſtipitibus & folliculis, ſaporis ſubacris & amaricantis* : *antiquâ* enim mucilagine volatili, à quâ potiſſimùm vis purgans originem trahit, caret: *exeſa* præter ſtipites & fibras, mucilaginem terreſtriorem in ſe continentes, nil habet, verbo: *obſoleta & exeſa movet quidem, ſed nil promovet*: idem eſto judicium de folliculis: Sapor ſubacris & amaricans præcipuus bonitatis index eſt, & ratione hujus Ventriculo maximè prodeſſe creditur.

 (c) *Fal-*

Coluthea (c) *falſata*; ſuſpicione (d) *Torminum* (directè vel per accidens conſequentium) adjecta (e) *Alcali* cujusdam vel etiam Tartari puri particula facilè eximenda; illo potiùs in (f) *Infuſis* hoc in

COMMENTARIUS.

(c) *Falſata*) Quod de quamplurimis Exoticis falſatis, id quoquè de Sena conqueri Medici coguntur, huic enim non rarò Colutheæ folia, foliis Senæ admodùm ſimilia à Mercatoribus, turpis lucri cupidis, admiſcentur: Sed cùm hæc deſidia ſint & hinc Medicus atquè ægroti ſæpiùs ſpe ſuâ fruſtrentur, omninò noſſe convenit, quomodò à ſe invicem diſtinguantur. Differunt autem 1. ratione foliorum, Colutheæ enim folia obtuſa, Senæ verò acuta ſunt. 2. ratione virium, Sena enim Colutheam viribus longè ſuperat & Uncia una hujus, illius Unciam dimidiam viribus vix æquat; Conf. *Auth. N. Annot. ad Diſs.* 1. §. 5. quibus 3. addi poteſt, quòd Coluthea ſit frutex, Sena verò herba, vid. *Wed. l. a. Conf. Zvving. Herbar. p.* 283.

(d) *Torminum*) Cùm ſæpiùs Senæ uſum tormina ſequantur, quæritur undè hæc oriantur? Multi à Mucilagine tenaciori aut particulis Senæ terreſtrioribus & adſtringentibus, lateribus inteſtinorum adhærentibus, ibiq; moleſtam quandam irritationem doloroſamq; fibrarum contracturam excitantibus, ea deducunt: Alii autem Senam ab hâc accuſatione liberaturi, potiùs humoribus viſcidis à Sena promotis, & per inteſtina devolutis, cauſam torminum attribuunt, & ſic Senam non per ſe, ſed per accidens tantùm tormina excitare volunt. Sed quamvis utraque pars probabilitate ſuâ minimè careat, ſimpliciter tamen alterutri earum ſubſcribere ideò dubitamus, quòd neq; ſemper à Senæ foliis, neque etiam ſemper ab humoribus viſcidis tormina oriantur, ſed modò ab his, modò ab illis, modò ab utriſq; dependeant. Media igitur via h. l. erit optima.

(e) *Alcali*) antiquitùs Zingibere, Zedoaria, Aniſo & Fœniculo Senam corrigebant, ſed rectiùs id Salibus alcalinis peragitur, quia 1. hæc particulis ſuis rigidis viam liquori parantes, extractionem adjuvant. 2. quia mucilaginem viſcidam incidunt, & ſic ad faciliorem cum humoribus corporis mixturam diſponunt. 3. quia purgandi vim absq; ullâ noxâ augent, humores terreſtres & qs. glutinoſos corporis attenuant & incidunt, meatus obſtructos aperiunt, & fervorem bilis obtundunt, ſicq; revera corrigunt & purgationem promovent.

(f) *Infuſis*) Menſtrua ad extrahendam Senam aquoſa eſſe debent; quoniam enim vis ejus in mucilagine conſiſtit, vix ab ullo alio quàm aquoſo menſtruo ſolvi poterit. Hunc in finem vel *Aqua ſimplex*, vel *Deſtillata*, vel *Decoctum Paſſularum* aut *Prunorum &c.* adhiberi poterunt. Si autem in vino infundenda eſt, conſultò priùs Aqua calida affunditur, ut ſic eò citiùs ac meliùs mucilago extrahatur ac vinô poſteà affusô communicetur. Sed cùm & hoc infuſum & odore & ſapore nauſeam delicatis excitet

(g) *Decoctis* (quamvis hodiè minùs uſitatis, aut ſaltem domeſticis) utrisquè de cætero meritò (accuratiorumq; hodiè exemplo) ſaltem (h) *Simpliciſſimis*; cùm in rei veritate *Nodulus æquè ac Palatum* tot appropriantibus radicibus, floribus, foliis, ſeminibus, nequicquam tantùm

COMMENTARIUS.

citet, jam diu corrigentia, incommodum hoc tollentia quæſita ſunt, hunc in finem infuſis hisce aromata, ſemen aniſi & poſteà Colato liquori Manna, Sirupi varii, Aqua Cinamomi, aliaque addita fuere: Sed nec hæc omnibus arrident, dum ructus Purgantia hæc conſequentes, hisce corrigentibus non obſtantibus, nauſeam poſtmodùm maximam ſæpiùsq; ad vomitum uſq; tendentem, excitant. Hinc de aliis corrigentibus quidam cogitarunt, tandemq; felici noſtro ſeculo tale detectum fuit ſimplex, quod optimè & odorem & ſaporem nauſeoſum removet. Eſt autem corrigens hocce Planta Braſilienſis, *Yquetaya* dicta, quæ uti ex *Acad. Reg. Pariſ.* 1701. *Memoir. p.* 209. ſeq. (ubi integra de hâc Plantâ Diſſertatio legitur) patet, nil aliud eſt quam Scrophulariæ ſpecies, cum noſtra *Scrophularia Aquatica Majore*, non ſolùm quoad externam figuram, ſed etiam quoad vires conveniens. Tentavit autem Dn⁹ *Marchant*, non unâ vice correctionem Senæ cum Scrophularia Aquatica noſtra & ſemper optatum vidit effectum. Infudit ſc. in Aquæ ferventis ℔j. Senæ & Fol. Scrophul. ā̄ā Drachm. ij. liquorem deindè frigidum ægris exhibuit. Scrophularia autem huic fini inſerviens ita exſiccanda eſt, ut priùs per duodecim dies in loco umbroſo aſſervetur, & hinc tandem Soli uſq; ad totalem exſiccationem exponatur.

(g) *Decoctis*) hodiè rarò in uſum trahuntur, quia faciliùs tormina excitant quàm infuſa; dum enim Senæ folia coquuntur, terreſtriores particulæ ſimul eliciuntur & decocto communicantur, undè non poſſunt non tormina ſequi. Si verò quis Decoctum tale expetit, blandè tantùm decoquantur folia nec exprimantur, ne pars adſtringens ſimul in Decoctum tranſeat. Decoctis correctionis gratia, Cryſt. Tartari, Infuſis autem Sal Tartari aliaq; adduntur, Cryſtalli enim non niſi coctione ſolvuntur, reliqua verò ſalia facillimè in aquis liqueſcunt.

(h) *Simpliciſſimis*) Rectè Auth. N. infuſa diffuſa rejicit, quia Simplicium Purgantium vis ab aliis magno numero adjectis impeditur, nauſea ægroti, moles noduli atquè ſumptus augentur. Quænam autem neceſſitas requirit hanc medicamentorum concervationem? ſi enim reſpectum habemus ad indicationes, ſæpiſſimè unicum iis ſatisfacere poteſt remedium. Priſcis quidem temporibus, ubi ſeſquipedales formulæ in uſu erant, inſigne erat indicium peritiæ Medicæ, aliquot Radicum, Florum, Herbarum, Fructuum, & omnium ad plantas pertinentium partium, decades coacervare, ſed hodiernis oculatis temporibus, ubi ſepoſitis

aggravetur: (i) *Pulvis* verò foliorum per ſe mole ſaporeque perquam ſit adverſus. (k) *Extractum ſimplex* num aliorum mediocrium loco huc referri, & non quidem in Pilulares Maſſas (ubi molem atquè numerum cum ſui conſimilibus admodùm auget) ſed pro *mollioribus liquidisquè* nonnunquam *formulis* (*ſub triplo vel ſub quadruplo ad folia Saccharo conditum*) ſervari mereatur, pro contractiori quidem ſelectu hic non determinabimus: cùm aliâs notoriè debiliùs ſit; & pueros longè ſecurius, æquè verò jucundè, citra ejuſmodi ſaccharata nunquam non purgemus. Libera cuivis ſit optio.

COMMENTARIUS.

ſitis præjudiciis Medici accuratiùs in res inquirunt, & ubi ſimplicibus medicamentis plus, quàm Veteres Compoſitis ſuis efficiunt, res longè aliter comparata eſt. Certè ſi plures de cauſa hujus farraginis interrogarentur, forſan aliam prætendere non poſſent, quàm quam Practicus ille apud *Bohnium de Off. Med. p.* 461. allegabat, qui, quarè formulas longiores concinnaret? interrogatus, ſe ſingulis membris per eas proſpicere reſpondebat. Hic ſanè perverſus mos adeò malè habuit *Gualterum Harris de Morb. Inf. p. m.* 140. ut non adeò malè ſcripſerit, *Medicum nimis longas, vel nimis multas remediorum formulas præſcribentem, aut ex ignorantiâ peccare, aut ex dolo malo.* Conferantur hic inpr. ea, quæ contra remediorum farraginem ſcripſerunt *Herm. Grube de Simpl. Med. Cogn. in Præfat. p.* 4. ut & *Bohnius l. a.*

(i) *Pulvis*) Pulverem foliorum minus uſualem hodiè reddunt 1. moles: cùm enim levis admodùm ſit, & ad Drachm. uſq; præſcribi debeat, non poteſt non nauſeam creare. 2. Sapor nauſeoſus adſtringens & amaricans, diu ſui veſtigia in ore relinquens: quibus 3. accedit, quod minus tuto h. m. in uſum trahatur, pars enim Senæ terreſtris tormina excitans ſimul ingeritur. Hæc mala ſive incommoda plures jam præviderunt, hinc additis Aromatibus & Tartaro vel aliis alcalinis ea tollere tentarunt: cujusmodi Pulveres correcti videri poſſunt in *Lex. Pharm. de Spina p.* 789. Sed quamvis Pulveres hi non adeò inelegantes ſint, ac majori gratia aſſumantur, quam Pulvis ſimplex, nihilominùs tamen quia & hi ad drachmam uſquè & ampliùs aſſumi debent, ac præterea tardè nimis operantur, optimè hujuſmodi pulveribus ſenatis carere poſſumus, præſertim cùm alii minori doſi citiùs & tutiùs operantes proſtent.

(k) *Extractum ſimplex*) ſimplici aqua paratur, foliorum Unciæ uni aquæ unicas octo affundendo, & liquorem filtratum ad juſtam conſiſtentiam redigendo, *vid. Schrœd. l. a. p.* 279. juxta Authorem noſtrum Saccharo condiri poteſt, ita quidem, ut reſpectu ad folia habito ſub triplum vel ſub quadruplum ejus addatur,

ſi. v. g.

SCAMMONIUM §. 4. Concludat verò tandem ſelectum hunc vegetabilem, (ſi propter Eſulina aliaque Mangonia cum rigidioribus quibusdam haud adeò veremur,) (a) *Scammonium*; ob Magiſterii copiam atquè alias polychreſtas deſtinationes haud adeò rejiculum. Sive jam (b) *Pulvis* indè *Polychreſtus* (vulgò ſic dictus) pla-

COMMENTARIUS.

ſi v. g. Extractum ex Unciis tribus paratum eſt, huic Sacchari Drachmæ ſex vel Uncia una admiſcetur.

(a) *Scammonium*) eſt Succus concretus Gumeo-Reſinoſus ex Convolvulo Syriaco collectus. Dicitur ἀπὸ τοῦ σκάπτειν fodiendo vel cavando, ideò quòd radix excavetur & in locum frigidum reponatur, undè ſuccus copioſus exudans (foveam replens) optimum præbet Scammonium. Viliùs eſt quod ex totâ Plantâ exprimitur & inſpiſſatur, hoc enim non ſordes tantùm & quiſquilias plurimas in ſe continet, ſed ſæpiùs etiam ſucco tithymali aliisquè adulteratur. Hinc etiam peſſimè audit à quamplurimis, & ſi quis vitia, quæ Scammonio tribuuntur, apud *Sebizium l. a. p. 75. & Caſp. Hoffm. de M. O. p. 69.* perlegerit, exhorreſcet ferè, ſolô Scammonii nomine auditô; nullum enim ferè venenum eſt quod talia mala excitare poſſit. *Eſt enim catharticum magnum, vehemens, furioſum, acre, inſuave, graveolens, quod nulla parte ab iis, quæ valdè movent atq; agitant, neq; acrimoniâ, neq; viribus ſuperatur. Stomacho magnum dolorem infert: ſitim inducit haud exiguam: inimicum eſt cordi, hepati & inteſtinis: viſcera turbat: Ventriculum ſubvertit: inteſtina rodit: appetitum proſternit: nauſeam parit: venarum ora recludit: febres accendit: dyſenteriam, lipothymiam & hypercatharſin gignit: menſes movet: abortum facit: in uterum peſſarii formâ immiſſum, fœtum necat: noxium calidis ſiccisq; naturis: Senibus, item gravidis, pueris, delicatulis atquè infirmis: cùmq; omnia validiora καθαρτικὰ ſint κακοςόμαχα, præter Aloën, Scammonia plus omnibus ſtomacho eſt infeſta & moleſta.* Hiſce ſine dubio permotus *Frid. Hoffm.* adeò *Venenum hocce Colliquativum* reformidavit, ut nunquam in ſua praxi in uſu habere voluerit. vid. *Clav. Pharm Schrœd. p. 638.* & *Roderico Caſtrenſi* adeo exoſum fuit, ut etiam *Eſcam Dæmoniam* vocaverit, *vid. Rolf. Chim, p. 336.* Sed ſi quis hiſce objectionibus omnibus unicam opponit experientiam, facile excuſabit Scammonium; quis enim non videt Scammonium ejusque Magiſterium quotidiè in Pulveribus, Pilulis, Emulſionibus, &c. & præſcribi & tutò aſſumi? Sit ipſi admixtus eſulæ ſuccus, non ideò tamen majorem rodendi vim in Scammonii Magiſterio invenimus, quàm in Jalapino. Qui autem tale quid obſervarunt, ineptæ potiùs præparationi, aut inconſideratæ & intempeſtivæ applicationi id adſcribant.

(b) *Pulvis Polychreſtus*) Pulvis hic diverſis modis paratur, quidam enim tamdiu Scammonium Santali vel Papaveris erratici Tinctura imprægnant, donec colorem acquirat rubicundum. Alii autem duce *Rolfincio Chim. p. 334. Scammonij opt. Unc. j. Santali rubri Drachm. ij.* ad-

ceat, Santali vel tantùm Erratici Papaveris Tinctura coloratus, compluribusquè formulis mixtu præ cæteris aptior, mucagineam tamen & ferè rodentiorem Scammonii partem unà retinens ſive commune (c) *Magiſterium*, æquè profectò validum ac ſtimulans, ſi modo ardenti ſpiritu vel aliis additamentis non conglobantibus probè dilatetur. Reliquæ varieformiter inſtitutæ (d) *Præparationes* par-

COMMENTARIUS.

℞. addunt, & cum Spiritu vini extrahunt: hinc liquores omnes ſucceſſivè materiæ affuſos filtrant & ad ſiccitatem competentem exhalant: Vel loco Spiritus Vini, *Santali Tincturam, Spiritu Vini paratam*, ad extractionem exhibent. Sed uterq; hic Pulvis ſuis premitur difficultatibus, Rolfincianus enim nil aliud eſt quàm Magiſterium Santalo tinctum, Gummoſâ parte carens: prior autem ſordes & heterogenea retinet. Conſultiùs hinc præparatio, cum Santali Tincturâ, Vitrioli & Vini Spiritibus paratâ, inſtituitur: hoc enim modo non ſolùm ſordes relinquuntur, ſed etiam utraq; pars, Gummoſa & Reſinoſa, extrahitur, acida enim Sulpureis Menſtruis juncta, ſuccos ex Gummi & Reſinâ compoſitos optimè ſolvunt & extrahunt, de quo vid. *Wed. Pharm. in A. F. R. p.* 231. Pulvis hic faciliùs formulis admiſceri poteſt, quàm Magiſterium, quoniam particulæ Reſinoſæ à Gummoſis aliquô modô dilatatæ ſunt, ut hinc non adeò facilè conglobari poſſint. Tormina à parte Gummoſâ rodentiore metuenda, additis ſalibus optimè præcaveri poterunt. Vocatur aliàs ob colorem *Rubinus Vegetabilis*.

(c) *Magiſterium*) eôdem modô paratur ac Magiſterium Jalapæ, de quo *vid. ſuprà*. Majorem tamen Magiſterii copiam largitur Scammonium quàm Jalapa, ita ut, notante *Schrœdero l. a. p.* 291. vix tertia pars decedat, ſi Scammonium purum fuerit. *Conf. Wed. Ph. Acroam. p.* 388. Magiſteriumhocce viribus cum Jalapino convenit, hinc iisdem modis vel ut baſis, vel ut ſtimulans variis in formulis exhiberi poteſt, de quibus *infrà*. quomodò dilatari debeat, ne tormina exci- tet *vide ſuprà* .§. I. L. H. Vocatur hæc reſina aliâs quoq; *Pulvis Syrius*, quamvis & hôc nomine à Wedelio aliisq; ipſum Scamōnium ſalutetur.

(d) *Præparationes*) cùm quampluri- mis ob vim malignam Scammonium adeò exoſum ſit, varias excogitarunt correctiones, ut hunc *Naturæ inimicum amicum redderent*, uti loquitur *Hoff. de M. O. p.* 70. Præparationes & Correctiones haſce ferè omnes Author noſter exhibet, earum ſimul incommoda recenſens: melioris autem doctrinæ gratia tres claſſes conſtituit.

Prima Claſſis eas continet correctiones, *quæ heterogenea relinquunt*: quales ſunt 1. quando *Mucilag. Sem. Cydon. Pſyllii, Maſtiche*; *Myrobal. oleo roſar.* vel *Viol.*

tim heterogenea (haud ſanè pauca, præſertim in viliori maſſa) præter rem relinquunt, uti cùm v. g. *Mucaginoſis Gummeisquè* vulgato more tantùm incruſtatur; vel *Succorum* adſtringentium aut acidorum, Citri, Roſarum, Cydoniorum Magmate &c. inviſcatur, aut *Sulphure* (ceu Alutarii loquuntur) *perfumatur*; vel exigua hinc differentia *Spiritus Sulphuris aut Vitrioli guttis aliquot conſpergitur.* Partim

COMMENTARIUS.

Viol. &c. corrigitur, de quo vid. *Sebiz. l. a. p.* 77. *Conf. Ph. Aug. p.* 273. aut cum hiſce tritum aut inviſcatum, vel etiam ſolum malo cydonio excavato includitur, ac paſtâ circumductâ in clibano coquitur: poſtea exemptum cum ſucco cydoniorum, cui per 24. horas Myrobal. infuſi fuerunt, inſuccatur & exſiccatur: quam correctionem deſcribit *Ang. Sala. de Error. Galeniſt. Oper. p.* 896. Sed adeò parùm ei tribuit, ut *non niſi inſcitiam & abuſum eam eſſe* ſcribat. 2. quando Scammonium cum *ſuccis Citri, Roſarum Cydoniorum* nutritur, aut etiam extrahitur, quales ſunt Correctiones *Quercetani* & *Crollii* apud *Schrœderum l. a. p.* 290. *Conf. Ph. Aug. p.* 114. 3. quando Scammonium chartæ bibulæ perforatæ impoſitum, ſulphure ſubtùs accenſo perfumatur; in quâ tamen correctione Authores diſſentiunt, dum alii cum *Auguſtan. Pharmac. l. a.* & *Coll. Chim. Leid. p.* 363. hanc ſuffumigationem uſquè ad Scammonii liquefactionem ſuadent, quam correctionem quoq; *Schrœkius in Pharm. Aug. Reſtit. p.* 155. defendit: Alii autem cum *Zvvelffero p.* 226. motum continuum ſuadent, ne liquefiat aut conglobetur, ut fumus Sulphuris eò meliùs tranſire, atquè omnes Scammonii partes corrigere queat. *Conf. Jünken Corp. Pharm. p.* 269. *b.* Scammonium hôc modô præparatum vocatur etiam *Cholagogum ſimplex*, *Diagridium Sulphuratum*, aut etiam ſimpliciter *Diagridium*: ubi tamen notandum, rectiùs dici *Dacrydium* quàm *Diagridium*, hoc enim vocabulum à Pharmacopæis corruptum eſt, vid. *Hoff. l. a. p.* 67. & *Pechlinus de Purgantibus p.* 231. à quibusdam tamen etiam Dacrydii nomen Scammonio in malo cydonio coctotribuitur. 4. quando Spiritu Sulphuris aut Vitrioli aſpergitur ad modum *Hartmanni* apud *Schrœderum l. a. p.* 291. additis poſtea olei aniſi vel fœniculi guttis aliquot. Huc etiam pertinet *Scammonium Roſatum Mynſichti Armam. p.* 35. Sed quod omnes haſce primæ claſſis præparationes & correctiones attinet, parùm ipſis tribuendum, quatenus quædam earum non ſolùm ſordes terreas, ſiliceas aliasq; in Scammonio relinquunt, ſed etiam reſinam & partem rodentem parùm attingunt, aut corrigunt, verbo: occultant ad tempus vim rodentem, minimè autem corrigunt: undè non eſt mirandum, ſi ii, qui Veterum veſtigia in Scammonii præparatione legunt, tormina aliaquè incommoda toties obſervant. Quædam autem harum præparationum, præter ſordes relictas, aci-

dis

Reſinoſam ſubſtantiam, parcè hôc modô mediisq; attactam fruſtrà diſperdunt: uti cùm v. g. *acidulis Mineralium aut Vegetabilium liquoribus ac ſuccis* extrahitur; vel (Recentioris cujusdam commendatione) contuſum *Aqua frigida quaſi emulgetur*, & liquor ſublacteus (relicta ſub fecum ſpecie magnâ Reſinæ parte,) denuò coagulatur: Partim deniq; ſupervacaneas, expenſas, ambages & additiunculas uſitatis aut in ſe utilibus formulis ſuperaddunt: v. g. dum *Magiſterium è Diagridio* paratur; vel exhauſtis *Aromatum ſpiſſamentis* oneratur.

COMMENTARIUS.

dis ſuis liquoribus vel ſpiritibus vi purgante Scammonium privant, quod inpr. in Scammonio ſulphurato contingit: hinc parùm intereſt, ſive iſtud ſulphure perfumetur ad liquefactionem uſq;, ſive hæc continua agitatione impediatur: quoniam utraq; correctio nullius momenti eſt, & ſæpiùs plus, ſæpiùs minùs à ſulphure alteratur, undè doſis quoq; deindè incerta, & quem hodiè gr. XV. vel ſcrupulus maximè purgaverat, alio tempore eadem doſis ne movebit quidem: *tantùm enim virtûtis amittit*, *quantùm aciditatis admittit*, & qui hujusmodi acidis præparationem inſtituunt, Scammonium ut verbis *Pechlini l. a.* rem exprimam, *officioſisſimè enervant.*

Secunda Claſſis eas præparationes, *quæ Reſinam fruſtrà diſperdunt*, exhibet: dum quidam 1. ſuccis acidulis Scammonii extractionem tentant, credentes hosce optima ideò eſſe correctoria, quòd Scammonium exuperante calefaciendi qualitate præditum ſit: hinc vel *phlegma Vitrioli* vel *ſuccos Cydoniorum*, *Limoniorum*, *Citri &c.* adhibent. de quibus præparandi modis vid. *Schrœd. Quercet. Rediv. T. 2. p. 377. & Schrœd. l. a. p. 290. & 292.*

2. Alii autem aquis correctionem inſtituunt, exiſtimantes forſan cum *Zvvingero* apud *Rolf. Chim. p. 332. Scammonium generoſo Vini Spiritu extractum minus eſſe efficax*, ideòq; Aquis eſſe præparandum, hunc in finem vel aquam ſimplicem calidam adhibent, uti *Collect. Leidenſ. p. m. 365.* vel deſtillatis calidis in calido loco extrahunt, uti *Zvvingerus* apud *Rolf. l. a.* Vel cum *Brendelio* apud *Schrœd. l. a. aquâ deſtillatâ actu frigidâ* Emulſiones ex Scammonio crudo parant, exſiccant & uſui ſervant: Vel cum *Sylvio Meth. Med. L. II. cap. 4. §. 33. Oper. p. 97. & Prax. L. I. cap. 2. §. 43. p. 162. & Rolf. l. a.* Emulſiones extemporaneas eôdem modô confectas ægris exhibent. A quo etiam Scammonii præparationes cum *Decocto Glyzyrrhizæ* apud *Schrœd. l. a. Coll. Chym. Leid. p. 364.* referri poſſunt. Sed nec hæ Præparationes adeò genuinæ ſunt, quicquid etiam Authores de horum liquorum efficacia in corrigendâ Scammonii malignitate proferant. Duo enim ſunt, quæ hasce Correctiones ſuſpectas reddunt (1) quòd per hujusmodi aquoſa, ſive calida ea ſint, ſive frigida, ſive acidula non ſive pars Gummoſa potiſſimùm obtineatur,

HELLEBORUS niger §. 5. Atquè hæc quidem ſub accuratiori & ab exotericis ſuppoſitis liberiori Praxi, inter diſpoſitionem ſimiliter liberam, quibusvis expectationibus modisquè ſufficienter ſatisfacere, & quod è totâ Vegetabilium Catharticorum ſerie in rei veritate ſperari poteſt, oppido præſtare queunt. Si tamen omninò quiſpiam diffuſiorem horum Materiam diffuſiores in uſus & variationes exigeret, accedat per nos, quaſi pro ſuperpondio ſequentium unum alterumve: v. g. Qui Antiquitatis conſuetudini Melanagogiq; promiſſis nimiùm attribuunt, addere fortaſſis poſſent Paracelſi non-

COMMENTARIUS.

quæ tamen ob vim rodentem non adeò tuto ægris exhibetur. (2) quod h. m. magna Reſinæ pars diſperdatur: cùm enim Scammonium ex duabus Reſinæ partibus, & Gummatis unâ tantùm componatur, Aquæ verò Reſinam non ſolvant, utpote quæ Spiritu vini aliisque ardentibus extrahi amat, paucæ tantùm, dum Gummoſa pars ſolvitur, atq; in mortario teritur, reſinoſæ particulæ huic immixtæ ſimul abripiuntur, quæ verè non ſolutæ, hinc inde in Menſtruis aquoſis volitantes colorem lacteum, idq; ob ſemipræcipitationem, exhibent: qui tamen, quamprimum fundum reſinoſæ petunt, perit, atque liquor hinc clarus ſupernatat. Malé itaque remanentia tanquam fex inutilis abjicitur, hæc enim Spiritu Vini ſoluta optimè abſque ullis torminibus purgat.

Tertia Claſſis correctiones *ſumptus pariter ac labores augentes exhibet.* Quando ſcil. 1. quidam Extractum cum Spiritu Vini ex Dacrydio, ſive in Malo Cydonio cocto, parant: eique 2. Extractum ex variis Aromatibus cum Spiritu Vini confectum jungunt, ut ex hiſce duobus *Extractum Dacrydii Aromatiſatum* prodeat, cujus deſcriptionem *vid. ap. Schrœd. l. a. p.* 291. Sed cui bono priùs Dacrydium paratur, & ex hoc Magiſterium? Hoc enim longè faciliùs ex ipſo Scammonio abſque tantâ laborum multiplicatione extrahitur, & eâdem ſecuritate ac iſtud è Dacrydio paratum exhibetur, quicquid etiam de Scammonii correctione in pomo Cydonio proferre quis auderet, eam enim nullius momenti eſſe, ex ſuperiùs dictis conſtat. Deinde quem in finem tot aromata admiſcentur? cùm hæc neq; verè corrigant, neque vires ejus exaltent, id enim Salibus potiùs alcalinis atque Spiritibus ardentibus convenit. Si autem ad gratiam Extracto conciliandam hoc fit, id ex tempore quoque in communi Magiſterio, addendo unicam vel alteram oleorum aromaticorum guttam, fieri poteſt. Et ſi vel maximè quis hujuſmodi Extractum vel Magiſterium Aromatiſatum publice proſtare vellet, id abſque laborum triplicatione, unâ eâdemque operâ ex Scammonio & Aromatibus proportionaliter mixtis, cum Spiritu Vini parari poſſet. Sed quid opus eſt cariora præſcribere,

nullorum Dauram, ſeu (quaſi Antimoniatum illum) (a) *Helleborum nigrum verum*, Stiriaci titulo communiter venalem; (dum tamen

COMMENTARIUS.

bere, cùm vilioris pretii medicamenta idem & plus præſtent.

(a) H*Elleborum*) Derivationem nominis ſi conſideramus, terreri poſſemus & hinc ab uſu ejus abhorrere, dicitur enim *juxta Hoffm. de M. O. p.* 251. ἀπὸ τοῦ ἑλεῖν βορᾷ quod ſumtus per os interficiat; Sed hoc potiùs Albo quam Nigro convenit, illius enim malâ culpâ hunc involvit, eodemq; titulo apud multos proſcripſit, uti *Pechlinus* loquitur *de Purg. p.* 251. Quamvis autem non adeò virulentus, uti albus obſervetur, nihilominùs tamen, quia admodùm violentus eſt, ut etiam Antimoniatis quoad vires comparari poſſit, uſus ejus ſenſim eviluit, ita ut tantùm morbis gravioribus reſervetur, *vid. Wed. A. M. M. p.* 251. aut ubi, notante *Sim. Pauli Q. B. p. 6. antiquus eſt affectus & ceu vectibus detrudendus.* Vocatur à Paracelſo *Daura* (qs. *aurea*, interprete *Johnſono in Lex. Chim.*) hocque nomen ei ideò imponit, quòd quatuor morbos Cardinales, Podagram, Hydropem, Epilepſiam & Apoplexiam curet: hinc etiam eum ob alias virtutes & quod imprimis ad vitam longam faciat, *Theſaurum Vitæ* appellat. Ab aliis autem in Mania, Melancholia, Quartana, Elephantiaſi aliisque atræ bili vulgò adſcribi ſolitis, maxime commendatur, & inter Melanagoga primum obtinet locum: Hinc *Claudius Deodatus* teſte *Etmull. T. I. p.* 743. *a.* eum *Fugam Dæmonum* vocat, ideò quod ſuccos, mentes turbántes, ſive melancholicos, Diabolo balneum & ſtabulum præbentes, expellat, & indè nata deliria curet. Magni quoque hunc æſtimat *Rolſincius* in magnis & graviſſimis morbis: juxta enim eum *O. & M. Med. Spec. Comment. p.* 518. *de ſalute omnium functionum benè meretur. Facit acquirere juveneſcentiam & incolumitatem, mores laudabiles & complèxiones bonas, animum ad actiones reddit promptum.* Vis Hellebori purgans potiſſimum à Sale Volatili dependet, fixi enim tam parum continet, ut licet, notante *Zvvelffero Animadv. p.* 191. & *Pharm. Reg. p.* 49. *totum plauſtrum comburas, vix unciam Salis acquiras.* Quod quamvis aliquo modo hyperbolen ſapiat, aliquo modo tamen patet ex *Hiſtor. Acad. Reg. ſcient. An.* 1701. *Memoir. p.* 194. magnam Salium Volatilium ei ineſſe copiam. Dominus enim *Boulduc* igne Reverberii clauſo & per gradus aucto per retortam ex Helleboro deſtillavit 1. Spiritum purè acidum. quem 2. ſequebatur Spiritus ex acido & urinoſo Volatili mixtus. hunc 3. excipiebat Spiritus alcalinus Volatilis, cui tamen adhuc acidi Spiritus particulæ immixtæ erant, qui admodùm penetrans reddebatur per liquorem Salis Tartari: idem Spiritus cum acidis efferveſcebat. 4. ultimo & violentiſſimo ignis gradu oleum penetrantiſſimum & fœtidiſſimum prodibat. 5. denique ex remanentia radicis, ſive

remiſſior iſte (b) *Ferulaceus* integris è Vicinia Saccis ad Emporia nonnulla defertur, nec (c) *Hortenſis noſter* invenitur deterior:) ſive jam *Radicem* ipſam à fœtore è mortuali priùs, (ſed non tam exhauriente *Diſpenſatoriorum* (d) *Maceratione*, *quam Recentiorum humidâ*

COMMENTARIUS.

ſive capite mortuo, parabat Sal fixum cum acidis efferveſcens. Uſui Medico potiſſimum inſerviunt fibrillæ, ſive radiculæ ex radice majore prodeuntes & cortex, medulla enim lignoſa parum vel nihil virtutis in ſe continet.

(b) *Ferulaceus*) *Theophraſti*, quem alii, ob florum hujus & Buphthalmi ſimilitudinem, *Buphthalmum*, alii autem *Helleborum Hippocratis* vocant, ideò quod Hippocratem hoc potiſſimum uſum eſſe credant: ſed falluntur; Hippocrates enim ſemper albo uſus eſt, & quando quædam de Helleboro apud Hippocratem occurrunt, ſemper de albo intelligenda ſunt.

(c) *Hortenſis*) flore viridi, hunc & præcedentem interdum defectu Styriaci ſubſtituere poſſumus, quia tamen hi remiſſiores, doſis eorum augenda eſt.

(d) *Maceratione*) cum Helleborus ſatis violentus deprehendatur, olim jam de ejus correctione cogitarunt, idque teſte *Sebizio Spec. Med. Pr.* Aromatibus & Stomachicis, Cinamomo v. g. fœnic. maſtiche &c. tentarunt. Sed cum hæc malum, ſive noxam à Purgante productam reſpiciant & à poſteriori tantum corrigant, meritò in dubium tracta & deinde prorſus rejecta fuit hæc correctio. Alii itaque ab acidis Purgantia mitigari videntes correctionem per ea inſtituerunt, & primò quidem eodem modo ac Scammonium in malo cydonio correxerunt. Ubi tamen aliqua reperitur differentia: alii enim radiculis recentibus, aut etiam exſiccatis pomum cydonium, vel aliud quoque transfigunt, & paſtâ circumductâ in clibano coquunt, ac poſtmodùm radices exemptas exſiccant & uſui ſervant: alii autem radices priùs in aceto vel Vino Cydon. macerant, quam eas pomo infigant. de quo *vid. Schrœd. l. a. 265.* alii denique pomum in clibano aut ſub cineribus cum *Hellebori ℥ß & aliquot Caryophyllis* coctum, abjecto Helleboro, ægris eſitandum exhibent. vid. *Miſc. N. C. Dec. 2. Ann. VI. obſ.* 38. Hellebori præparationem aliter alii, cum Auguſtanis *Ph. p.* 271. per triduum in *Vino Cydon.* vel *Malvat.* aut cum *Quercetano* 24. hor in *aceto roſaceo* eum macerando, inſtituunt. Ubi tamen notandum quod juxta eos medulla lignea abjicienda ſit, an autem hoc poſſibile ſit, vid. contra *Zvvelfferum*, excorticationem impoſſibilem judicantem, *Hoffm. Clav. Pharm. p.* 621. *Schrœkius Ph. Aug. Reſtit. p.* 434. Quod autem haſce præparationes attinet, quia Helleborum aliquo modo caſtrant & enervant, meritò illis præfertur modus Recentiorum, qui vel *Succum Cydon.* vel *Phlegma Vitrioli*, *Serum lactis* vel *Aquam* tantùm *ſimplicem*, *Sale Tartari imprægnatam*, radicibus à medulla liberatis

Divaporatione) qualitercunque liberatam aut (e) *Folia* quoq;, (utraq; verò ſub debitâ proportione ac circumſpectione) aſſociare placeat: ſive potiùs præferatur (f) *Extractum è Radice*, aut ſpecioſiùs mitiùsve è *Foliis ſaltem confectum*; *Aquâ tantùm ſimplici*, (parùm priùs Alcali Tartareo vel Nitroſo exaltatâ,) æquè ſub cautâ præciſâq; potiùs (cum aliis) doſi ſecurum, ac ſi laborioſioribus (aliorum abuſu forſitan deterritis, aut teneriorum formulis in ſpecie deſtinantibus) ulterius cùm *Spiritu Vini fuerit depuratum* ſeu mitificatum, vel cum *ſo-*

COMMENTARIUS.

affundunt, & hinc leni calore exſiccant, idque tam diu repetunt, donec non ampliùs fœtorem emortualem ſpirent, ſed omni fœtore exhalato, nigricantes & boni odoris relinquantur, de quibus vid. *Schrœd. l. a. Zvvelff. Animadv. p.* 562. *Ang. Sal. Oper. p.* 727.

(e) *Folia*) quoniam mitiora ſunt, nec ita commodè uti radices aſſervari poſſunt, non adeò frequenter in uſum trahuntur. Hæc *folia cruda ad* ℨß cum *ana Sacchari* quovis manè ſumpta, ſubducto muco ſubflavo & ſulphure ſanguinis inde roborato, effœtum corpus in floridam juventam revocare poſſe, teſtantur ex *Paracelſo M. N. C. l. a.* Aquam ex hiſce deſtillavit *Borrichius*, cui purgandi vim adſcribit, teſte *Ettmull. T. I. p.* 743. *ex Hermet Sapient. p.* 341. quam quoque ſatis acrem deprehendit *Zvvelff. Animadv. p.* 192. An autem dentur tales Aquæ Purgantes, meritò quis dubitare poſſet, ideò quòd juxta *Wed. Ph Acr. p.* 223. & *Barneri Chim Philoſ. p.* 216. Purgantium particulæ alembicum non tranſcendant: *Conf. Rolf. Chim p.* 131. fides tamen ſit penes Authorem.

(f) *Extractum*) In hujus præparatione magna reperitur diverſitas, tum ratione *Subjecti extrahendi*, tum ratione *Menſtruorum*. Subjectum quod attinet, illud communiter radiculæ & cortex radicis conſtituunt, qui autem radicem ob violentiam reformidant, folia potiùs, ut mitiùs exindè extractum & ad ſuperiùs allegatos affectus magis ſpecificum obtineant, eligunt. Alii autem ut radicis virulentiam corrigant, varia aromatica aliaquè corrigentia adjiciunt, de quibus modis *vid. Williſius Pharm. Rat. Sect.* 3. *Cap.* 2. *p. m.* 45. & *Sennert. Inſtit. p* 1391. Ad hæc itaque extrahenda variis utuntur Menſtruis, iisque 1. *Aquoſis* v. g. Aqua ſimplici, Pluviali, Sero lactis, Aqua Aniſi, e quâ oleum ſeparatum, Aqua Majoranæ, Meliſſæ &c. vel etiam propriâ Hellebori aquâ. *vid. Schrœd. Querc. Rediv. T.* 2. *p.* 804. 2. *Acidis*, Succo Limoniorum, Vino, Phlegmate Aceti deſtillati, Aceto ſimplici Roſarum, Phlegmate Vitrioli, vel ſimplici, vel Spiritu proprio impraegnato &c. 3. *Sulphureis*, Spiritu Vini v. g. aliisque ardentibus. 4. *Mixtis* iisq; (1) *Aquoſis & Sulphureis*, quæ *vel* ſimul ad extractionem adhibent, *vel* ſucceſſivè, (ita ut priùs extractum aquoſum parent, ab eoq; Vini Spiritum abſtrahant, aut Spiritu Vini priùs radicem extrahant

hant

lo Ardente Spiritu, aliisque ambagibus paratum. Intereà nihilominùs ingenuè fatemur, quòd licèt hactenus per diu de Hèlleborinis hiſce nil aut rariſſimè quidpiam adhibuerimus vel aliis aſſociaverimus, nihilò tamen hinc fuerimus infeliciores.

COLOCYNTHIS. §. 6. Ita qui Ruſticorum mucum aliter liquari, vel Purgantia quædam (neglectâ fortaſsè Magiſteriorum debitâ dilatatione) ſufficienter acui poſſe diffidit, ſuprà poſitis addere forſan poſſet extremæ adverſitatis (a) *Colocynthidem* pro

COMMENTARIUS.

ſiant, & deindè ex remanentia extractum cum aqua conficiant, hæcque duo extracta conjungant) (2) *Acidis & Sulphureis* Spiritu Salis v. g. & Spiritu Vini. Ut alia huc ob prolixitatem non trahenda taceamus. Vid. de hiſce omnibus *Schrœd. l. a. Willisius l. a. Ettmull. l. a. Sennert. l. a. Zwelff. p.* 107. Sed licet horum Extractorum multa admodùm ſpecioſa ac elegantia videantur, meritò tamen illis omnibus Extractum aquâ ſimplici, aut Sale Tartari parùm alteratâ, paratum præfertur: *partim* quia tutius & in operatione præſentiùs, *partim* quia abſque multis ambagibus atque inutilibus ſumptibus fieri poteſt; quod enim Sulphureis Menſtruis extrahitur, parùm Extracti largitur, & ob tormina ſuſpectum eſt, quia reſinoſam tantùm partem continet, de quo *vid. Ettmull. T.* 2. *p.* 27. *a.* quod autem Acidis paratur, multùm virtutis amittit, nec etiam in tantâ copiâ colligitur; quod denique mixtis extrahitur menſtruis, commodiùs quidem eſt iis, quæ acidis atque ſulphureis menſtruis parantur, ſed cui bono tot ambages? aquâ enim ſimplici utraque pars & Reſinoſa & Gummoſa, quam duplici hoc Menſtruo quærunt, obtineri poteſt: id quod luculentiſſimè probat *Hiſt. Acad. Reg. l. a.* cùm enim ſuprà laudatus Dn⁹ *Boulduc* aquâ radicem extraxiſſet, quicquid in radice & Gummoſum & Reſinoſum erat, obtinuit: quod exindè patet, quòd Spiritus Vini remanentiæ ſuperfuſus nil reſinæ extraxerit; (paucæ enim particulæ Gummoſis intermixtæ, cum his ſimul abreptæ erant,) hoc extractum optimè abſque torminibus purgabat; alterum verò Spiritu Vini paratum non ſolùm tormina atque irritationem excitabat, ſed & parùm expurgabat. Undè etiam facilè liquet, quid de *Zwelfferi Ph. Reg. l. a.* præparatione cenſendum ſit, qui ex Extracto aquoſo cum Spiritu Vini Extractum ſuum paravit, ſic enim mitiùs quidem redditur, ſed tamen ſimul vis ejus tormina excitandi augetur, Spiritus enim Vini particulas tantùm extrahit Reſinoſas, Gummoſas verò intactas relinquit: Utræ autem harum acriores ſint, ratio & experientia dictitant. Occurrit quoque adhuc aliud Extractum non purgans, Paracelſo *Balſamum perpetuum* dictum, cujus deſcriptio vid. *in M. N. C. l. a.*

(a) *Colocynthidem*) Colocynthis, quam Arabes *Handal* & præpoſito articulo *Al*, *Alhan dal* vocant

(b) *Extracto*, etiam odorantibus gravi; vulgaribus tamen & operoſioribus *Trochiſcis* pro Pilularibus Maſſis (ſiquidem Pulveres & Electuaria ſic condita, imò quoque Spiritum Aureum quorundam comptior hodiè Praxis non admittit,) in ſuo genere commodiori; de cæ_

COMMENTARIUS.

eſt fructus Cucurbitæ cujusdam Sylveſtris, quam *Caſp. Bauhinus Colocynthidem fructu rotundo minorem* appellat, ex India Orientali & Perſia ad nos allatus, cujus pulpa potiſſimùm, rejectis ſeminibus, in Officinis in uſu eſt. Ob ſummam tamen violentiam non quibusvis, ſed natura tantùm robuſtis competit, & in iis morbis, ubi mucus admodùm viſcidus eſt, nec ullis aliis remediis cedere vult. Male quam plurimis propter vim draſticam audit, *Wedelio* enim *A. M. M. p.* 249. eſt medicamentum *infame, forte & violentum*; *Hoffmanno* autem *de O. M. p.* 20. eſt *medicamentum viroſiſſimum & tantùm non mors ipſa, quod non tantùm* κακοςόμαχον *eſt, ſed & abraſis inteſtinis dyſenterias facit, quod vi ſua malefica omnia viſcera impr. cor & hepar exagitat*, imò tantæ perhibetur eſſe violentiæ, ut ſolo tactu & odore maximè purget, *Conf. Pancovii Herbar. p.* 127. Præterea maximæ eſt adverſitatis, adeoque amara, ut ſolo contactu atque affrictu ſaporem amariſſimum cultris oribus & manibus communicet: hinc etiam *fructum ſine exemplo amarum, terræ fel & Plantarum peſtem* eam vocat *Pechlinus de Purg. p.* 244. Peſtis autem Plantarum ideò dicitur, quòd herbas ſibi vicinas veneni modô enecet, ut terra ſuper quam jacet, quaſi aduſta videatur *vid. Pancovius l. a.* Hiſce tamen non obſtantibus multi magni eam eam æſtimant in morbis contumaciſſimis, Cephalalgia, Hemicrania, Epilepſia, Apoplexia, Lue Venerea &c. curandis, hinc *Helmontius Diſp. Modern. p.* 445. *Morborum Chronicorum curatricem egregiam* eam eſſe dicit, corrigendam tamen eſſe Sale Paracelſi circulato. *Conf. Sim. Pauli Quadr. Botan. p.* 523. *Pharm Aug. p.* 157.

(b) *Extracto*) Præ omnibus aliis præparationibus medicamentorum ea optima videtur, quando vis certorum mixtorum in toto diſperſa extrahitur & colligitur; ſic enim non tantùm ob conciſam doſin commodius exhiberi & ingeri poſſunt, ſed etiam liquoribus extrahentibus ſive Menſtruis medicamentorum noxia vis demitur, & effectus indè ſubſecuturi mali præcaventur. Hoc autem potiſſimùm locum habet in Purgantibus Draſticis, aliisquè Generoſioribus remediis, niſi enim hæc probè corrigantur, Medicus ſæpiùs occidentis potiùs quam medentis perſonam induit. Si itaque ullibi, ſanè in Colocynthide accuratiſſimâ correctione opus eſt, ne deleteria hæc Planta ægros filiorum Prophetarum querelas, *Mortem ſcilicet in olla eſſe*, exclamare cogat. Variis hoc tentarunt modis Medici, & Veteres quidem, ſummam Colocynthidis acrimoniam ex effectu deprehendentes, eam Gummi Arabico, Bdellio, Tra-

tero *Aqua* ſaltem *ſimplici* (ceu ipſa fructus natura huc tendit) ſat commodè (præſretim ſi Alcali Tartarei tantillo priùs alterata fuerit,) conficiendo; etiam citrà *ſubſequam Spiritus Vini extractionem*. Sed circà talia cuivis liber ſit labor. Nos nec horum nec ſubſequorum inſuper, (ut ut cuique ſuus conſtet effectus,) neceſſitatem quandam, aut urgentiorem (cur huc trahi debeant,) cauſam invenimus.

COMMENTARIUS.

Tragacantha, Oleis &c. aliquo modo temperare voluerunt, huncque in finem cum dictis corrigentibus in Trochiſcos redegerunt, quorum deſcriptio occurrit in *Pharm. Aug.* p. 157. *Conf. Zvvelff. Animadv.* p. 295. Sed quamvis hoc modo correctam crederent Colocynthidem Antiquiores, & nonnulli forſan Recentiorum in eâ quoque adhuc ſint opinione, nemo tamen altiùs rem perſitans, correctionem hanc veram eſſe judicabit, id quòd rectè etiam negavit *Hoffm. Clav.* p. 620. & veriſſima ſunt *Pechlini* de *Purg.* l. a. verba: *Trochiſci ſunt Gummoſo involucro delinita Colocynthis, eſtque proletaria Correctionis Species.* aptiùs adhuc rem hanc exprimit *Helmont. de Febr.* p. 115. §. 2. *hoc modo cicurata Colocynthis eſt inſtar lupi domeſtici, qui datâ occaſione, dum ſibi confiditur, ad ſolitam naturæ ſuæ ferociam redit.* Rectiùs hinc, ſi omninò *Trochiſcos* in Officinis proſtare volumus, *juxta Zvvelff. Ph. Reg.* p. 106. ex *Extracti p. j.* & *Panis Triticei p. ij additis aliquot guttulis olei Nuc. Moſch. expr. fiunt*, quoniam hoc modo doſis certior eſt. Quamvis, ſi dicere volumus quod res eſt, & hiſce carere iisque extractum, per ſe quidem non ſumendum, ſed aliis, impr. pilulis ſtimuli loco ad grana aliquot addendum, ſubſtituere poſſumus. Aliis enim in formulis ob maximam amaritiem vix aſſumi poteſt, hinc etiam Electuaria illa, *Hiera ſcil. Logadii Nicolai Myrepſi*, *Compoſita Nicolai*, *Pacchii*, jam diu non ampliùs uſualia ſunt, & *Confectio Hamech*, de qua inſignis quoque apud *Solenandr. Conſil. Med.* p. 503. occurrit locus, *à Caſp. Hoffm. de M. O.* p. 22. ano potiùs, quam ori adjudicata fuit: deſcriptiones horum vid. *Ph. A.* p. 76. *& ſeqq.* Rectè quoque *Spiritus* iſte *Rulandinus*, ob colorem *Aureus* dictus, *Vino Malvatico* ex *Trochiſc. Alhandal* extractus, vel operoſiùs adhuc juxta *Rolf. Med. Spec.* p. 513. ex *Pulp. Coloc. Troch. Alhand. Rhabarb. additis ſuprà recenſitis Veterum Corrigentibus Gummatoſis & Aromaticis*, cum *Spir. Vini Rectif.* & *Vini Malvat.* confectus, hodienum ex uſualium albo ob ſummam amaritiem expunctus eſt. Quomodo autem Extractum hocce parandum, quæque Menſtrua adhibenda ſint, lis eſt inter Medicos, dum alii, & quidem communiter ex Colocynthide, alii cum *Rolf.* l. a. ex Trochiſcis, alii cum *Freitagio* apud *Ettmull. T. I.* p. 741. ex Semine Coloc. additis Aloë & Scammonio id parant.

Alii

COMMENTARIUS.

Alii autem Menſtruis ſpirituoſis Spiritu ſcil. Vini, cum Quercetano apud *Schrœd. Pharm. L. IV. p.* 263. & *Quercet Rediv. T.* 2. *p.* 810. extractionem perficiunt. Alii cum *Ang. Sala. Oper. p.* 30. Menſtruis mixtis, Aquæ ſcil. Plantag. p. ij. & Spir. Vini p. j. Eſſentiam vel etiam extractum, contra Scabiei malignæ & Luis Venereæ puſtulas, ex Colocynthide extrahunt. Alii cum *Charas. Pharm. Reg. p.* 736. ad duplicem Colocynthidis ſubſtantiam, Gummoſam ſcil. & Reſinoſam obtinendam, cum Vino albo & Spiritu Vini ſeorſim eam extrahunt, & ex duobus liquoribus tinctis conjunctis extractum parant. Alii cum Authore noſtro, aquam tantùm ſimplicem adhibent, & Extractum h. m. paratum in uſum trahunt. Alii tamen cum *Zvvelffero Ph. Reg. l. a.* ulteriùs Extractum hocce correcturi, ab Extracto ſimplici ſemel vel aliquoties Spiritum Vini abſtrahunt, & hunc Colocynthidis particulis imprægnatum, in Extractum redigunt. Sed quid opus eſt tantis laboribus, cùm Extractum Authoris noſtri ſimplici modo paratum idem præſtet, ac reliqua operoſiora omnia: præſertim ſi aqua Sale Tartari acuitur; ſic enim non ſolùm extractio promovetur, particulæ Terreſtres craſſiores ſeparantur, & colocynthis corrigitur, ſed etiam Extractum amaritiem notabiliter deponit, imprimis ſi Salis major addatur copia & longior accedat digeſtio. Hîc omitti non debent quæ referuntur *Hiſtor. Acad. Reg. Memoir. p.* 12. *& ſeq.* quoniam egregia ſunt & ad colocynthidis correctionem ſi non prorſus, proximè tamen viam monſtrant. Aggreſſus autem eſt Dn⁹ *Boulduc* ejus analyſin variis modis & quidem 1. *Deſtillatione*, undè eosdem Spiritus & Sal ac ex Helleboro nigro, de quo vid. ſupra, obtinuit: eosdem Spiritus largiebantur Semina, niſi quòd Spiritus tertio loco prodiens tantùm Salis, quantum ex pulpa deſtillatus, non contineret. 2. *Fermentatione* cum muſto, ℞do Pulp. Unc. IV. & Muſti lib. VI. undè deindè cùm liquorem per B. *V.* deſtillaret, Spiritum obtinuit penetrantem, amarum & purgantem, ſed non ſine magnis torminibus: ex liquore reſiduo claro & à Terreſtritate per reſidentiam depurato, paravit Extracti Unc. ii*ß.* quod ad gr. XII. exhibitum optimè & absque ulla irritatione purgabat. 3. *Digeſtione* & *Maceratione* cum Aqua Pluviali, ſed cùm deſtillaretur liquor, phlegma tantùm prodiit nullius pretii. Extractum ex reſiduo paratum non adeò violentum erat ac eſt commune: ideò quòd digeſtione hâc particulæ quædam terreſtres depoſitæ eſſent. Obtinuit h. m. ex Pulp. Coloc. Unc. XVI. Extracti Unc. ii*ß.* 4 *Extractione* & quidem (1) Aquâ ſimplici, ſimplicibus & reiteratis infuſionibus, hoc priori per macerationem parato impuriùs, ſed fortiùs erat: ex reſiduo nil reſinæ obtinuit, etiamſi Spiritu Vini extractionem ejus tentaret. (2) Spiritu Vini, ſicq; ex Pulp. Unc. viij. Extracti reſinoſi Unc. *ß.* obtinuit: ex reſiduo autem Extracti Unc. ij. cum Aqua ſimplici extraxit. Utrumque per ſe datum noxium fuiſſe experientia edoctus eſt. Hinc tandem

MECHOACANNA. §. 7. (a) *Mechoacanna* quidem, ut potiora primum luſtremus, (b) *inſipida* quidem eſt, ſed tamen *Pulveris* (c) moles diffuſiſſima, effectus interim contractiori Jalapio in

COMMENTARIUS.

tandem concludit, illud extractum optimum eſſe, quod & Gummoſas, (ſalinas ipſi dictas) & Reſinoſas contineat partes, & à quo per longas Macerationes & Digeſtiones, ad Fermentationem tendentes, particulæ mucilaginoſæ, irritationem efficientes, ſeparatæ ſunt.

(a) M*Echoacanna*) à patriâ, Provinciâ Indiæ Occidentalis, ita dicta. Communiter vocatur *Mechoacanna alba*, ad differentiam nigræ, quæ eſt Jalapa. Aliis audit *Bryonia* Mechoacanna alba, à Bryonia tamen multum differre notat *Wedelius A. M. M. p.* 260. ab aliis appellatur *Convolvulus Americanus Mechoacanna* dictus. Barbari autem Braſilienſes teſte *Piſone Hiſt. Braſil. p.* 253. *Jetuçu* ſeu *Jeticucu* eam vocant. Conf. *Zvvingeri Herbar. p.* 255. an autem juxta hunc Jalapa & Mechoacanna prorſus non differant, ſed Mechoacanna, cortice tantum privata radix, Jalapa autem radix cortice adhuc incluſa unius ejusdemque plantæ ſit, meritò dubitatur; accuratiſſimus enim *Piſo*, qui in ipſa Braſilia radices haſce oculis ſubjecit, hanc efficaciæ, & radicis notabilem deprehendit differentiam, quod Jalapæ radix non ſolum longior, circuloſior & nigricantior, ſed etiam purgandi facultate ſuperior exiſtat.

(b) *Inſipida*) Commodum hinc à multis ad vermes & cruditates infantum, (à lacte & pulte aliisque rebus ortum trahentes) expellendas cenſetur remedium, impr. quod aſſerente *Wedelio l. a.* hæc unicum ſit purgans, nullâ heterogeneâ inimicâ qualitate ſigillatum. Varia hinc in gratiam infantum parata ſuere remedia, & modo coacta fuit in *Morſulos* de quibus *Rolf. Med. Spec. p.* 505. modo redacta fuit in *Rotulas*, modo in *Panem Martium*, *Sirupum*, *Electuarium*, modo ex ea extracta fuit *Quinta Eſſentia*, de quibus omnibus vid. *Ettmull. T. 1. p.* 150. In India teſte *Piſone* feculam *Tipioca* dictam & *Conſervam* pro infantibus & delicatioribus exindè parant.

(c) *moles*) cum Mechoacanna ob paucas particulas reſinoſas longè levior ſit Jalapiô, & debilior, ita ut in infantibus, ſi completa doſi danda eſt, ad ſcrup. j. in adultis autem ad ſcrup. ij. imo ad Drachm. j. aſcendere liceat; Jalapium, cujus dimidia vel tertia pars ejuſdem & majoris adhuc deprehenditur efficaciæ, merito ei præfertur; hoc enim per ſe ſatis mitè, efficax tamen, nullo alio egens ſtimulo, eadem facilitate & melius adhuc vermes expellit, atq; morbis à ſeroſa colluvie ortis medetur ac Mechoacanna; huic enim in Hydrope atq; Ictero curando nimium tribuiſſe Veteres experientia ſubſequentium Medicorũ comprobavit. vid. *Hoffm. de M. O. p.* 14.

ſubſtantia vix par, certè non ſuperior; (d) *Infuſum ſolitarium* debile; (e) *Extractum ſimplex* (quovis modo hactenus paratum) debilius; adjecto ad facilitationem extractionis ſale Tartari vel Nitro Fixo, vix a Coriariorum fœtore vindicandum: *Compoſitum* alterius eſt proſapiæ: (f) *Reſinoſitasque* ſeorſim ſervanda præ Magiſterio Jalapii longè parcior.

COMMENTARIUS.

(d) *Infuſum*) niſi alia ſtimulantia ei addantur, aut larga ſatis doſi præſcribatur, admodum debile eſt, parumque operatur.

(e) *Extractum*) duplex eſt, ſimplex & compoſitum. *Simplex* ratione Menſtruorum varium eſt, vel enim Aquis deſtillatis, vel ſuccis Vegetabilium, vel Aceto, vel Spiritu Vini paratur. E quibus quidem illud, quod Aquoſis paratur Menſtruis, optimum eſt, quoniam Mechoacannæ vis in mucilagine gummoſa, teſte *Ettmull. l. a.* latet, ſed tamen admodum debile eſt. Minorem ferè adhuc habet efficaciam Extractum cum Spiritu Vini paratum, cum enim hic particulas tantum reſinoſas ſolvat, hæ autem in minori copia in Mechoacanna reperiantur, parum quoque efficaciæ acquiret Spiritus Vini & Extractum cum eo confectum. De illo autem, quod ad modum Hartmanni cum Aceto paratur, rectè notat *Schrœd. L. IV. p.* 273. hoc modo vim ejus purgantem, per ſe ſatis mitem, perire. Verbo omnia ejus Extracta adeo debilia ſunt, ut Drachm. j. ejus vix tantum, quantum idem pulveris pondus operetur, nullumque aliud lucrum inde habetur, præterquam quod in liquoribus diſſolvi poſſit. *Compoſitum* autem Extractum, etſi fortius operetur, non tam à Mechoacanna quam à Turpetho cujus Unc. j. Extracti præparationem ingreditur, dependet, hujus deſcriptionem vid. *apud Schrœd. l. a.* Huc referri poteſt Extractum Mechoacannæ compoſitum *Zvvelfferi Pharm. Reg. p.* 110. ex *Extract. Mechoac. Unc. IV.* & *Reſin. Mechoac. Unc. ij.* Solvitur autem Reſina in Spir. Vini Rectificatiſſimi Unc. iij. vel IV. & affunditur extracto, hinc pars Spiritus leni calore abſtrahitur & *Eſſent. Aurant. Sacchar. ex recent. Cort. parat.* Unc. j. ad gratiam Extracto conciliandam additur. Sed quid opus eſt, Reſinam parciorem ex copia Mechoacannæ magna magnis ſumptibus extrahere, cum majori copia minoribusq; ſumptibus reſina ex jalapa haberi queat: præſertim cum ipſo Zvvelffero fatente viribus à Jalapino extracto & reſina parũ differat: nulla itaq; neceſſitas requirit, ut præter rem medicamentis, ejuſdem naturæ & effectus officinas repleamus, & hinc commodè miſſis hiſce reſina jalapæ contenti ſumus, hæc enim levi negotio Extracto ſimplici combinari, & hinc in Bolis ſive Electuariis Purgantibus commodè exhiberi poteſt.

(f) *Reſinoſitasque*) qui ad inſtar reſinæ

H*ERMODACTYLUS* §. 8. *Pulvis* (a) *Hermodactyli*, alias pridem Authoribus (b) *ſuſpecti* vel rejecti, (ceu ſuperioribus annis ſimpliciorē Ruſticum *Colchici recentis radice* ſatis vexatum & purgatum vidimus) iisdem inconvenientiis ſubjectus deprehenditur. Sane (c) *Articulorum*

COMMENTARIUS.

næ Jalapii Mechoacannæ reſinam præparare, eamque ſeorſim proſtare volunt, data opera laborum tædium in ſe ſuſcipiunt, parum enim reſinæ quod indè provenit, neque ſumptus neque labores compenſat: nulla igitur neceſſitas requirit, ut in tanta Jalapini Magiſterii parabilitate ad alia magnis ſumptibus atque laboribus comparanda confugiamus.

(a) H*Ermodactyli*) Hermodactylus ἀπὸ τοῦ ἑρμοῦ Mercurio, ϗ τοῦ δακτύλου digito nomen accepit, quod radix ejus quadrifida ſit inſtar quatuor digitorum, & in hiſce ſigna quoque unguium reperiantur, Hiſtoriam hujus ex *Matthiolo* habet *Zvvingerus* in *Herbario p. 909.* Hanc autem radicem olim adeò decantatam amplius non habemus, ſed ei *Colchicum* radice alba ex Ægypto allatum in Officinis ſubſtituitur. Uti autem Colchicum vulgare Autumnale flore albo ut & alterum flore purpureo tam ſimplici quam pleno juxta *Ettmull. T. 1. p.* 747. non ſine ſuſpicione Veneni ſunt, ita & eadem ſuſpicio hoc, Hermodactylo vero ſubſtitutum, Colchicum manet.

(b) *ſuſpecti*) licet Veteres magnas laudes in morbis Arthriticis curandis ei tribuerint, nihilominus tamen iis ſuſpectum fuit. 1. quod infenſum ſit Ventriculo. 2. ob flatulentiam, quæ mala additis Myrobalanis Maſtiche & Aromatibus præcavere volebant. 3. ob debilem purgandi vim, hinc ſtimuli loco Zingiber, & ſuccum Raphani vel Scillam addebant. vid. *Sebitz. Spec. Med. Pr. p. 102.*

(c) *Articulorum Theriacam*) ut & *Animam Articulorum* ob inſignem vim ab articulis noxiam trahendi materiam vocarunt *Avicenna* & *Meſue*: undè non ſolum ab iis, ſed etiam ab eorum aſſeclis variis Hermodactyli radix admixta fuit formulis: exindè compoſuit *Paracelſus Pulverem Arthriticum* additis Turpetho, Dacrydio, Foliis Senæ, oſſibus humanis & Saccharo de quo *Schrœd. L. 11. p. 268.* Oſſibus humanis *Crollius* in Baſilica ſubſtituit Cranium: *Hartmannus* autem in Podagra cum Hermodactylis pedum, in Chiragra vero manuum oſſa exhibet. Ab hiſce *Pulvis Hermodact. Compoſ. Londin Pharm. p.* 191. non differt, niſi quod loco Dacrydii Scammonium crudum recipiat. Huc pertinet *Hermodactylata Patavinorum* contra Luem Veneream cujus deſcriptionem tradit *Rolf. Med. Spec. p. 503.* Exindè quoque *Pilulas* paraverunt, *Pilulas ſc. de Hermodactylo Majores & Minores*, rectè tamen *Wedelius A. M. M. p.* 249. haſce crudiores vocat, purgantia enim violentiora Colocynthis, v. g. Euphorbium, Turbith aliaque earum compoſitio-

Theriacam ſeu intus dando, ſeu (d) extus quoque applicando, nemo hic inveniet, nec aliud evpraxias ſubſidium ſingulare: etiamſi vel *per ſe* (licet farinacea radicis ſubſtantia hujus generis operationi minus ſubjecta videatur) vel in *Formula* quoque *Compoſita* cum aliis (e) extrahatur.

T*URBITH* §. 9. (a) *Turbith* adhuc dum pene dubium adeo

COMMENTARIUS.

tionem ingrediuntur, vid. *Pharm. Aug. p.* 99. & 10, ubi correctæ, omiſſis draſticis & obſoletis purgantibus, reperiuntur. Idem Hermodactyli Pulvis baſin conſtituit *Pilularum Arthrit. Nicolai Ph. A.* 92. ut & *Pilularum Poterij Oper. p. m.* 556. Denique Electuariis quoque additus fuit, *Electuario* ſc. *Caryocoſtino* à Caryophyllis & Coſto ita dicto, *Ph. A. p.* 76. & *Electuario Arthritico Schrœderi. Pharm. L.* 2. *p.* 182.

(d) *extus*) cum uſus ejus internus ad effectus Arthriticos adeò celebratus fuerit, externè quoque à nonnullis ad leniendos Podagricos dolores adhibitum fuit. Hunc in finem ingreditur Emplaſtrum de Hermodactylis, Londinenſibus à *Spina Lexic. Pharmac. p.* 402. adſcriptum, cujus tamen deſcriptio, quod obiter notandum, in Pharmacopœiæ Londinenſis ultimâ editione non reperitur: quantam autem efficaciam dicto Emplaſtro communicet Hermodactylus, exindè colligi poterit, quod ne vigeſimam quidem totius Compoſiti partem abſolvat. Efficacia itaque ejus potiùs ab Emplaſtro Diachalciteos, Pice Burgundica, Sapone Veneto, Cera flava aliisque majori doſi ingredientibus, quam ab Hermodactylo dependet.

(e) *extrahatur*) non ſolum per ſe certo menſtruo radicem hanc extraxerunt, de quo *Schrœd. Quercet. Rediv. T.* 2. *p.* 809. ſed etiam aliis magis compoſitis formulis eam addiderunt Authores, hinc ingreditur *Extractum Panchymagogum Mynſichti Armam. p.* 62. ejusq; *Extractum Polychreſtum p.* 63. ut & *Extractum Phlegmagogum Quercetani Ph. Aug. p.* 322. & *Panchymagogum Auguſtanorum ib.* ob farinaceam tamen radicis ſubſtantiam, quæ Extractioni minus favet, parum indè virium acquirunt Extracta. Commodè igitur non hiſce ſolum, ſed omnibus ex Hermodactylo paratis carere poſſumus, quoniam nec tuto adhibentur, nec etiam in curandis Arthriticis voto reſpondent, tractio enim illa ab articulis putatitia, imo ridicula eſt, quomodo enim medicamentum, ipſis Veteribus fatentibus, debili purgandi vi præditum, à partibus maximè diſſitis materiam peccantem trahet? aliis ſanè remediis ad debellandos Arthriticos morbos opus eſſe, quam hiſce, inani tantum Articulorum Theriacæ nomine ſuperbientibus, radicibus, quotidiana & Medicorum & Vulgi quoque docet experientia.

(a) T*urbith*) Duplex datur *Turpethum* ſive *Turbith*, alterum *Mine-*

(b) ſpeciale vel (iis etiam, qui puerulis & (c) Aceto Bezoardico

COMMENTARIUS.

Minerale quod ex Mercurio fit ſublimato, de quo infrà de *Purgant Mineral.* §. 13. alterum autem *Vegetabile*, de quo hujus loci. Quid autem hoc propriè ſit, diu diſceptatum inter Medicos, quorum diverſas opiniones vid. apud *Hoffm. Clav. Pharm. p.* 631. *Ettmull. T.* 1. *p.* 755. Tribus tamen potiſſimum radicibus Turbith nomen à patria imponitur: datur enim 1. *Turbith Arabum*, 2. *Indicum*, 3. *Garganicum.* de hiſce quæritur quodnam verum, & cujusnam Plantæ radix ſit. Pro primò militant Cluſius, Matthiolus &c. vid. *Schrœd L. IV. p.* 281. ultimum à quibusdam non quidem pro vero habetur, ſed huic nonnunquam ſubſtituitur. Sed quicquid etiam in prioris & ultimi gratiam referri poſſit, non tamen palmam dubiam reddent *Indico*, hoc enim verum eſſe Turbith non ex *Garcia* ſolum, ſed etiam ex *Hermanni H. L. B. p.* 180. conſtat. *Eſt autem*, definiente *Langio Oper P. I. p.* 483. *Turpethum radix oblonga, craſſa, reſinoſa, pollicem & amplius craſſa, in aliquot ramos diviſa, foris ferruginea, albicans ab intra, ſaporis moderatè acris, nauſeabundi*, deſumpta à Convolvulo Indico maximo folio Ibiſco aliquo modo ſimili. Conf. *Pomet. Hiſtoir. de Drogues P. I. p.* 57. Provenit variis in locis Indiæ Orientalis, impr. autem in Inſula Ceylon, quod optimum eſt, id quod præter *Hermannum l. a.* confirmant *M. N. C. Dec.* 2. *Ann.* 3. *Obſ.* 205. *p.* 406. copioſo enim Gummi vel potius reſina præditum eſt, & quod in Maturenſi Provincia reperitur, craſſitie brachium æquat: à Cingalenſibus vocatur *Tariſta Wala.* Quoniam autem Thapſiæ radice non raro adulteratur, & nonnunquam in Indiis ob malitiam incolarum ſucco lacteo Gummoſo per inciſionem radicis privatur, notæ bonitatis quoque obſervari debent, quarũ octo videri poſſunt in *Rolf. Med. Spec. p.* 504. communiter autem illud eligitur quod eſt ponderoſum, Gummoſum vel Reſinoſum & à medulla lignea liberatum eſt.

(b) *ſpeciale*) vis enim ejus ſpecifica in Arthritide, Aſthmate, Lue Venerea, Hydrope aliisque morbis chronicis, quibus curandis olim proportionatum credebatur, à Recentioribus nondum deprehendi potuit.

(c) *Aceto Bezoardico*) ex Turbith, Ruta, Myrrha, Aloë aliisque putredinem arcentibus in Aceto infuſis, parato de quo vid. *Schrœd. l. a.* Sed quamvis Rutæ, Myrrhæ &c. vis alexipharmaca certa ſit, & negari haud poſſit, jure tamen eadem vis Turpetho denegatur, quis enim eam in hoc Purganti draſtico quæreret? Nam non omne quod in ardentibus aut malignis proficuum obſervatur, alexipharmacorum albo inſerendum eſt, alias enim omnia Vomitoria, quia in principio horum morborũ, ſaburram ex primis viis removendo, conveniunt, alexipharmaca eſſent, quod tamen eſt abſonũ. Nec etiam obſervatione *Horſtii* de Buſoni-

nihilominus ingeſſere fatentibus) (d)mite eſt, ut (ſive in(e) ſubſtantiâ ſive (f) *Extractum ejus reſinoſum* ſpectemus, parabilius præſentiusque Jalapium aut Reſina ejus, (inter alia) ſubſtitui nequeat.

COMMENTARIUS.

ſonibus Speciebus Diaturbith cum Rhabarbaro è Ruſtico quodam ejectis, ab *Ettmull. l.c.* allegata, vis Turpethi alexipharmaca evinci poteſt; id enim non à vi venenis reſiſtendi, ſed potiùs ab efficacia omnibus Purgantibus communi ortum traxit: quatenus inteſtina à valido Purgante fortiùs ſtimulata & irritata, quicquid in ipſis hæſit, protruderunt; omnia enim purgantia motum periſtalticum maximè accelerant, ita quidem ut, ſi vermicularis hicce motus aliquo in loco retardetur, (ſive id ab acribus Purgantium particulis, uni magis quàm alteri inteſtinorum parti adhærentibus, ſive ab humoribus aliâve cauſâ proveniat) maxima tormina & ſpasmodicæ irritationes oriantur: hinc neceſſariò, dum coarctatio inteſtinorum & preſſio fortiſſima à Ventriculo ad anum uſque continua eſt, omnia expelluntur, idque eò faciliùs, quo heterogenea in inteſtinis hærentia corpora ſunt majora, uti h. l. bufones: & hanc ob rationem omnia Purgantia ſunt anthelmintica, quamvis hoc ipſo non negem quædam Purgantia vermibus ſpecificè contraria eſſe.

(d) *mite*) quamvis omnes uno ore ob vim draſticam ejus uſum in infantibus ac gravidis prohibeant, nihilominus tamen infantibus *Species Diaturbith cum Rhabarbaro Montagnanæ* ad vermes enecandos & pituitam, vermium fomitem eijciendam, exhibentur: de quibus tamen optimè notat *Wedelius A. M. M. p.* 248. eas confuſas, &, licet ſtomachicis correctas, nihilominus Ventriculo inimicas eſſe, torminaque facilè excitare.

(e) *Subſtantia*) rarò per ſe antiquitus datum fuit, & non niſi corrigentibus probè munitum, ob mala âb eo provenientia, de quibus *Rolf. l. a. Sebiz. p.* 95. *Hoffm. de M. O. p.* 77. ingreditur autem quoad ſubſtantiam potiſſimùm *Pulverem de Tribus*, *Magiſtralem Stockſtadij*, quorum deſcriptiones vid. *Pharm. Aug. p.* 122. Conf. *Spinæ Lex. Pharm. p.* 789. ob varia tamen incommoda minusque tutum uſum, jam diu obſoletis adſcripti ſunt hi Pulveres ab Auguſtanis Medicis. Sed huic Purganti meritò ſubſtituitur Jalapa, quæ parva doſi mitiùs & tutiùs, quam Turbith ad Drachm. j. (quæ ejus ordinaria eſt doſis) exhibitum, operatur.

(f) *Extractum*) Licet Gummoſum vulgò dicatur Turbith, reſinoſum tamen potius eſt, hinc ſi Extractum exindè parandum vel reſina, Spiritus Vini adhibendus eſt. vid. *Schrœd. l. a.* Sed cum parùm ſit quod indè proveniat teſte *Pomet. l. a.* meritò miſſo hoc-

cc

AGARICUS §. 10. Nec ſingulare quidpiam, quod præ acceptioribus famoſus ille, (& jam olim Alexipharmacis aliisque alienis Compoſitionibus excluſus) (a) *Agaricus* præſtet, hodiedum obſervamus. Torquentur interim ſine cauſa miſeri, horrendi ſaporis (b) *Infuſis Decoctisque*, & indefinito quaſi (c) *Pilularum*

COMMENTARIUS

ce jalapii reſina contenti ſumus. Reliqua Extracta Compoſita quæ Turbith ingreditur, conſultò prætermittimus, videri tamen poſſunt *Pharm. Aug. p.* 321. & *ſeq. Mynſicht. Armam. Chim. p. 62. ſeq. Gruling. Florileg. Chym. p. 129.* Huc pertinet *Eſſentia Ang. Sala Oper. p. 31.* cum Spir. Vini parata ad emulgendum craſſum & tenax phlegma in Arthriticorum juncturis hærens, quæ etiam juxta *Ettmull. l. a.* cum Spir. Vini Tart. aut juxta *Fabrum* cum Spiritu roris majalis parari poteſt.

(a) *Agaricus*) Duplex datur Agaricus, *Mineralis & Vegetabilis*: ille vocatur & nil aliud eſt quam Lac Lunæ; hic autem *eſt ſubſtantia fungoſa enaſcens ex trunco Laricis* (quæ etiam Terebinthinam ſuppeditat) *alba, friabilis, rara, ſaporis ſubdulcis, mox amari, acris & nauſeoſi cum levi quadam adſtrictione* vid. *Chr Joh. Lang. Oper. P. I. p.* 467. Hic iterum duplex eſt *Niger* ſc. qui & *mas* vocatur, & *Albus* qui *fœmina* audit: ille tamen ob vim venenoſam in uſum non trahitur: hic autem ſ. albus hujus eſt loci. Apud Veteres magno erat in pretio ob inſignes, quas ipſi adſcribebant virtutes in quamplurimis morbis, de quibus vid. *Sebiz. l. a. p.* 84. ita ut etiam exindè *Medicamentum familiæ* vocatus fuerit: breviter, triplicem in eo eſſe virtutem, eſſe aſſerebant. 1. Purgatoriam. 2. Alteratoriam. 3. Alexicacam: impr. autem ob hanc ultimam plures Alexipharmacas ingrediebatur Compoſitiones, è quibus unicam tantum Theriacam nominaſſe ſufficiat: imò externè quoque in Emplaſtro contra morſus animalium venenatorum, notante *Zvvelffero* ex *Tabernæmont. Herbar. Pharm. Reg. p. 221.* (ubi plura de virtute ejus alexicaca) applicabatur. Sed jam olim *Hoffm. de M. O. p.* 4. alexipharmacam vim paucam vel nullam ei adſcripſit & *Hoffm. Clav. Pharm. p.* 617. eum ideò ex Theriaca relegandum judicat. Imò *Zvvelfferus l. a.* ex *Quercetano* aliisque non inelegantia argumenta contra hanc bezoardicam vim profert, nullumque digniorem aptioremque Agarico in Theriacæ compoſitione tribuit locum, quam qui præ foribus eſt. Quod autem purgandi vim attinet, nec h. m. adeò tutus eſt Agaricus, Stomacho enim maximè noxius eſt, & nauſeam, vomitum ac cardialgiam, imò in inteſtinis tormina maxima excitat, de quo vid. *Hoffm. l. a. Ettmull. T. 1. p.* 736.

(*b*) *Infuſis Decoctisque*) ſive infundatur

hinc numero, dum (quovis etiam modo) *Trochiſcatus* aut *Raſus* ſaltem (cum vel ſine uſitatis ſatellitibus) iſtarum Maſſis ingeritur, aut *Extractum* hoc fine fingitur, ampliſſimæ molis; ſive *Simplex* (filtratura quoque tædiosè damnosèque ſecretum) fuerit, ſive *Compoſitum*, extemporaneæ potiùs, (ſiquidem adeò requireretur) mixturæ.

COMMENTARIUS.

datur ſive decoquatur Agaricus, ſemper in petia ligandus eſt, partim ob ſummam levitatem, ratione cujus Infuſis & Decoctis ſupernatat, partim verò & quidem maximè ideò, ut eò meliùs exprimi queat. vid. *Wed. A. M. M. p.* 259. Sed quanta hujuſmodi Infuſis inſit gratia, ii, quibus pocula Nectareo tali potu repleta à Medicis propinantur experiuntur. Longè commodiùs ſanè Infuſum Senæ & gratiſſimum & tutiſſimum ſubſtituitur.

(c) *Pilularum*) Varias Pilularum Maſſas ingreditur Agaricus, inque iis modò adjuvantis, modò baſeos locum tenet: ex hiſce ubi baſeos locum occupat, potiſſimùm adhuc uſuales ſunt *Pilulæ de Agarico Meſue*, & *Pilulæ de Hiera cum Agarico.* Quarum deſcript. vid. *Pharm. Aug. p.* 89. *ſeq.* Quibus tamen parùm tribuendum eſt, 1. quia earum Maſſas ut plurimùm Purgantia cruda & incorrecta ingrediuntur, quare etiam de Pilulis de Agarico tenuiter ſentit *Hoffm. de M. O. l. a.* 2. quia numerus Pilularum h. m. maximè augetur, Pilulæ enim de Agarico & de Hiera cum Agarico per ſe exhibendæ ad Drachm. j. & amplius adhuc, teſte *Schrœdero. L. IV. p.* 259. præſcribi debent, quantus autem Pilularum numerus hinc prodeat, rei Pharmaceuticæ Tyronibus notum eſt: quo impr. facit quod Agaricus vel quoad ſubſtantiam & raſus tantùm, vel trochiſcatus eas ingrediatur; cum enim pro more fungorum ſubſtantiæ admodùm ſit laxæ, levis, ac præterea parùm virtutis ei inſit, moles Maſſæ ampliſſima fiat neceſſe eſt. Ipſum Extractum quoque licet in Pilulas redigatur, numerum earum ſatis auget, niſi fortiori addito ſtimulo incommodum hocce præcaveatur. *Extractum* autem hocce eſt vel *Simplex* vel *Compoſitum.* deſcriptionem horum tradit *Pharm. Aug. p.* 117. Conf. *Zvvelff. Animadv. p.* 174. pro utroque autem Menſtrui loco Spiritus Vini adhiberi debet, quoniam Agarici vis in pauca reſina latet. Sed quid opus eſt Extracto Agarici Simplici, magno labore & cum deperditione quâdam (dum per chartam filtratur) portionis reſinoſæ parato, & quoniam

RHABARBARUM §. II. Ipſum (a) *Rhabarbarum* ſit (b) *Anima Hepatis*, & quicquid inſuper Antiquitatis commendatio, vel ſequiorum ſeculorum (æquivalentia media modosque minùs perquirentium) aſſenſus eſſe juſſerit. Qui obſtructiones aperire, Dyſenterias

COMMENTARIUS.

(quoniam parùm reſinæ ei ineſt) hinc chariore, cùm minoris pretii Extracta ſatis efficacia proſtent. Néc neceſſitas urget, ut Extractum Compoſitum ſeorſim paretur, cùm tale ex tempore, *additis Extr. Rhabarb. & guttis aliquot Olei Aniſi & Macis*, fieri queat.

(a) R*Habarbarum*) ita dicitur a Fluvio *Rha* Moſcoviæ, qui hodiè *Wolga* dicitur, ac h. m. idem eſt ac radix quæ circa fluvium Rha à Barbaris colligitur, quamvis Officinale noſtrum non ex Moſcovia, ſed ex China potiſſimum, & notante *Pomet l. a. p.* 151. ex *Tavernier Itiner.* ex Perſia quoque afferatur. Refertur communiter ad *Lapatha*, ſed ab iis charactere naturali diſtinctum eſſe patet ex *Tournef. Elem. Botan. p.* 75. & 404. *Conf. Chr. Joh. Lang. Oper. P. I. p.* 464. *Ettmull. T. I.* 751. Hiſtoriam Rhabarbari modumque colligendi atque bonitatis notas optimè deſcripſit *Hoffm. Clav. p.* 625. *Lang. l. a. Zvving. Herb. p.* 460. Duplici gaudet ſubſtantia, cujus reſpectu diverſas quoque edit operationes 1. *Volatili acriuſcula* purgante, quæ in ſubjecto aquoſo mucilaginoſo ſive unctuoſo fundata eſt, quæ leniſſimo igne avolat, ut parùm remaneat: quomodo autem hæcce in recenti Rhabarbaro conſervari poſſit, vid. in *Act. Anglic. An.* 1667. *p. m.* 138. *Lang. l. c. Conf. Sebiz. l. a p.* 51. *Haffn. Clav. l. a.* 2. *Fixiori adſtringente*, amaricante, anodyna, ratione cujus non ſolum in Dyſenteria aliisque alvi fluxibus convenit, ſed etiam in hæmorrhoidibus tutum eſt remedium, vid. *Act. Hoffm. Vol.* 5. *p.* 157.

(b) *Anima Hepatis*) & *Theriaca Hepatis* ob inſignes virtutes, quas in Hepatis affectibus, aliisq; à bilis inertia & pituita oriundis, Ictero v. g. Cachexia, Hydrope, &c. habere creditur, à *Cratone*, aliisque vocatum fuit, undè enati ſunt verſiculi apud *Rolf. Med. Spec. p.* 494.

Eſt Rha-Barbaricum radix pretioſior auro,
Quæ purgat choleram, phlegmata craſſa quoque
Hanc Iecoris vitam rerum dixere periti,
Quòd juvat Hyſtericas, quòd juvat Hydropicos.

In calculo quoque vis ejus maximè prædicatur, de quo inſignem vide locum apud *Ettmull. l. a. p.* 752. *Conf. Pechl. de Purg. p.* 235. & *Ang. Sala. Oper. p.* 24. qui tanti æſtimat Rhabarbarum, ut ſcribere non vereatur, ad omnes affectus, (exceptis ſolis febribus ardentibus, & fervore hepatis absque materia) innocentius pharmacum in rerum naturâ non

ſiſtere, bilem expellere, ac Ventrem deſuper roborare (c) *Venena* diſſipare &c. aliâ ratione nequit, niſi vel (d) *Solitarium crudum*, aut non ſine litigiis *toſtum* vel *decoctum* dederit; aut (e) *Nullis non* Electuariis, Speciebus, Pulveribus, Trochiſcis, imò ipſô (f) *Scorpionum*

COMMENTARIUS.

occurrere. *Conf. Hoffm. de M.O. p.* 54. quare autem non in omnibus Hepatis affectibus conveniat, vid. *Hoffm. Clav. l. a.*

(c) *Venena*) Vis alexipharmaca à Dioſcoride ipſi adſcripta fuit, & hinc etiam Theriacam ingreditur; ſed hancce vim ei non ineſſe, Authoritate variorum Authorum & rationibus non adeò contemnendis, probat *Zvvelff. Pharm. Reg. p.* 223.

(d) *Solitarium*) Triplex Rhabarbarum exhibendi modus jam olim apud Practicos in uſu fuit & quibusdam adhuc eſt: *Vel* enim 1. ſolum à Drachm. *ß* ad *j.* purgandi & roborandi fine ægris exhibetur. *Vel* 2. toſtum in uſum trahitur, impr. iis in affectibus, ubi magis roborandum quam laxandum, Dyſenteria ſcil. Diarhæa &c. *Vel* denique 3. à quibusdam bis coctum & fortiſſimè expreſſum, magis expetitur, ideò quòd credant particulas purgantes craſſiores eſſe, quam ut levi toſtione expelli poſſint: hinc ad has expellendas, & vim adſtringentem augendam, forti coctione & expreſſione opus eſſe, de quo vid. *Schrœd. L. IV. p.* 276. Sed perinde erit, ſive torreatur, ſive coquatur, utrôque enim modô, vis purgans, quæ in Rhabarbaro volatilis eſt, (non obſtante fixitate aliorum Purgantium) facillimè imminuitur, aut ſi longiùs torretur vel coquitur, prorſus abit, de quo tamen dubitat *Hoffm. de M.O. l. a.*

(e) *Nullis non*) quod in multis aliis rebus, id in Medicina quoque perſuaſio efficit, ubi medicamentum in hoc vel iſto morbo proficuum, ſtatim ultra quam par eſt extollitur, eique Polycreſti, Panaceæque nomen, pro diverſa cujusque præconcepta opinione imponitur, hinc omnibus formulis admiſcetur, omnibus morbis, ſive cum indicato conveniant, ſive non, opponitur. id quod optimè probari poteſt Rhabarbaro, quamprimum enim id celebrari cœpit, ſtatim omnibus exhibitum fuit, omnes formulæ eo condiebantur, quas Curioſi ad nauſeam uſque invenire poterunt in *Tilingii Rhabarbarologia*, ubi vis ſpecifica in omnibus ferè morbis ipſi adſcribitur, eaque variis formulis ex Practicorum libris excerptis probatur; licet ſæpiſſimè ab Authoribus purgandi tantùm fine, nullo ad morbi ſpeciem habito reſpectu, formulis iſtis additum ſit.

(f) *Scorpionum oleô*) Oleum hocce, cujus inventor eſt Matthiolus, tum ingredientium, tum laborum ratione revera *Magnum* eſt: hujus compoſitionem olim ingrediebatur Rhabarbarum, Auguſtani autem illud exeſſe juſſerunt ex *Oleo Scorp. Magno correcto vid. Pharm. Aug. p.* 212.

& 221

oleô & ſupervacaneô ejus nominis (g) *Emplaſtro* impertinentiſſimè admiſcuerit; habeat ſibi (ſeu (h) *Mari ſeu Terra*) *Orientalis* (quamvis & (i) *Monachorum noſtrum* multis requiſitis ſatisfaciat) Radicem, equidem in ſuo genere ſat efficacem & benignam; at redimentibus plerumque præter rem (k) *cariſſimam,* bibentibus adverſiſſimam: ut indè loco Pulveris (l) *Conciſam* ſolum (minutâ tamen ſic utplurimum efficaciâ) *cum & ſine Tartaro* ſuperioribus annis nonnullibi pro-

COMMENTARIUS.

& 221. huc pertinet quoque *Oleum Scorp. Braſſavolæ* apud *Tilingium l. c. p.* 325. aliaque Balſama & unguenta ibidem occurrentia.

(g) *Emplaſtrum*) cujus Author eſt Manardus, ab eoque commendatum fuit ad tumores duros & tophos, præſertim Gallicos: parum tamen virtutis Emplaſtrum hocce à Rhabarbaro acquirit, ſed quicquid agit, ratione potiùs Saponis Veneti, & lixivii fortis, in quo ingredientia coquuntur, agit. Deſcriptionem hujus Emplaſtri vid. *Pharm Aug. p.* 259.

(h) *Mari ſeu Terra*) duplici modo ad nos affertur ex China, vel navibus, vel itinere terreſtri, hoc illi præfert *Schrœd. l. a.* ideò quòd durabilius ſit: ſed utrumque in uſum trahi poteſt, modò probè aſſervetur & à carie defendatur.

(i) *Monachorum*) ita vocatur, quòd juxta *Ettmull. l. a.* Monachi Meſue Commentatores in defectu Veri Rhabarbarbari hoc ſubſtituerint, aut juxta *Zvvinger. Herbar. p.* 459. radicem hanc Veri Rhabarbari radici ſimillimam aliquandiu occultarint. Viribus convenit cum Vero, in duplo tamen exhibendum eſt, in Pulvere raró ob nimiam molem, ſed potiùs in Infuſis & Decoctis uſurpatur.

(k) *Cariſſimam*) Author hic recenſet cauſas, quare Rhabarbarum temnat: quòd 1. ſit cariſſimum, ſuperioribus enim annis Drachma ejus tribus aſſibus & amplius venibat. 2. quòd ſit admodum adverſum, tum ob Saporem, tum etiam ob nimiam molem, inpr. in Pulvere exhibitum. Cùm è contra Ialapa & Sapore & mole & operandi modo longè magis ſe commendet.

(l) *Conciſam*) Cùm Rhabarbari pulveriſati doſis integra ſatis amplum cochleare repleat, ſumentibus ſemper admodùm adverſum fuit: hoc itaque incommodum ut quidam evitarent, conciſam tantùm, vel cum Tartaro vel cum paſſulis id dederunt, de quibus modis vid. *Rolf. Med. Spec. p.* 495. *Conf. Hoffm. de M.O. p.* 54. *Tiling. l. a. p.* 127. ſed hôc modô virtus ejus maximè imminuitur: ut enim purgantia benè operentur, opus eſt, ut particulæ eorum probè dilatentur, quô ſic eò liberiùs in inteſtinorum parietes agere queant: quod tamen in conciſa non fit, plures enim

pinârint. (m) *Infuſum* pariter nauſeabundum, *Decoctum* iſto inſuper penè debiliùs, (n) *Extractum* notoriè languidum eſt, inque Pilulis molem ac numerum, in Potionibus nauſeam auget. Nec (o) *Tincturæ,* vulgato more cum Alcali ſub triplo vel ſub quadruplo & aquæ cujuſdam hepaticæ ſpirituoſioris ſextuplo præter propter confectæ, (ſolitariæ vel per *Aloëticam* aut *Antimonialem alcalinam Tincturam,* quarta præterpropter parte exaltatæ) ſpecioſæ quidem, tanta tamen

COMMENTARIUS.

particulæ h. m. operationem ſuam edere nequeunt.

(m) *Infuſum*) ſi ſolum infunditur, ob ſaporem amarum nauſeoſum eſt, impr. cum majori doſi aſſumendum ſit: commodè tamen cum foliis Senæ, additis *Cort. Citr. Aurant. Zedoar Sale Tart.* &c. infunditur; quoniam h. m. non ſolum meliùs operatur, ſed etiam nauſeoſum ſaporem aliquo modo amittit: quatenus Salia, impr. majori doſi addita, amaritiem medicamentorum inſigniter tollunt. *Decoctum* infuſo debiliùs eſt, quia in coctione particulæ Volatiliores à quibus vis purgàns dependet, relictis tantùm craſſioribus, in auras abeunt.

(n) *Extractum*) ſive ſimplici modô cum Aqua Cichorei fiat, cujus præparationem optimè deſcribit *Lemery Chim. p.* 473. ſive cum *Quercetano* apud *Schrœderum* Santalum & Cinnamomum addantur, & hæc Aqua Endiviæ, Succo Limoniorum vel Citri acidula reddita, extrahantur, debile tamen eſt, quatenus in evaporatione atque coagulatione pars ſubtilior & unctuoſa perit. Illud autem quod juxta *Wekerum* cum Spir. Vini fit, hiſce adhuc debilius eſt, vis enim Rhabarbari purgans in mucilagine ſive humore unctuoſo conſiſtens, aqua potiùs, ceu conveniente menſtruo, extrahi amat. Hinc Extractum Rhabarbari neque in Pilulis, niſi fortiori addito ſtimulo numerus Pilularum excedens præcaveatur, neque in potiunculis, ubi nauſeam creat, adeò convenit.

(o) *Tinctura*) Hæc ob Colorem à quibusdam *Sanguis Rhabarbari*, ab aliis autem, quia omnes Rhabarbari vires & ſic qs. animam ejus in ſe continet, *Anima Rhabarbari* vocatur. Ratione Menſtrui olim differebant quidem Authores, dum alii Spiritum Vini, alii Vinum Malvaticum, alii ſuccos & aquas Vegetabilium deſtillatas in uſum trahebant: hodiè tamen potiſſimum ad extractionem aquæ deſtillatæ, aliaque aquoſa exhibentur, ideò quòd Rhabarbari vis purgans potiùs in mucilagine, in aqua ſolubili, quàm in Reſina conſiſtat: hi ipſi tamen ratione qualitatis Menſtrui aquoſi differunt: dum quidam, ut Rhabarbari Tincturam elegantiorem & ſaturatiorem obtineant, coctionem ſuadent, alii verò liquorem tepidum, alii frigidum imperant. Infuſio tamen in aqua te-

hinc obſervatur pollentia; parem ſanè è (p) *Noſtrati* quoque nonnunquam paravimus, & in parabilioribus aliis Hepaticis invenimus; qui de cætero purgandi causâ hactenus per diu Rhabarbari ne Unciam quidem (continuis circa talia obſervationibus indies confirmatiores) abſumſimus, praxi ſimiliter nihilò indè infeliciori.

GUTTA CAMBODIA §. 12. Sic qui Tithymallinorum Extractorum commendatione, vel ſuperiorum annorum conſuetudine adhuc ducitur, præter ſupra poſita exigere fortè poſſet (a) *Guttam Cambo-*

COMMENTARIUS.

tepida vel frigida coctioni præferenda eſt, quoniam particulæ unctuoſæ in coctione exhalant: ſi autem quis Tincturam ſaturatiorem deſiderat, addat ſolum Sal Tartari largiori doſi, hoc enim colorem rubicundum maximè exaltat. Ratione quantitatis Menſtrui Author noſter ſextuplum reſpectu Rhabarbari, alii plus, alii minus ſuadent: optimum tamen eſt h. l. medium tenere, & addere ſufficientem quantitatem, ſi enim minor affunditur quantitas, Tinctura redditur aliquo modo mucilaginoſa. Sed cum Tinctura hæc, uti omnes Aquoſæ, facile ſitum contrahat & ſic corrumpatur, conſultò hinc ei affunditur *vel* Spiritus Vini, *vel* Eſſentiæ aloëticæ, *vel* denique Tincturæ Antimonii, (ex Scoriis Reguli Antimonii, cum Spiritu Vini Simplici vel Tartariſato paratæ,) quarta pars: hôc modô paravit *Rolfincius Chim. p.* 221. Tincturam: quamvis quoad doſin ab Authore noſtro differat, addit enim *Animæ Rhabarb. Unc. VI. Eſſent. Antimon. Unc. iij.* Hôc modô condita Tinctura non ſolùm diutiùs durat, ſed etiam vires ejus exaltantur. Quod vim hujus Tincturæ purgantem attinet, ſatis exigua ea eſt, hinc etiam magis alterandi in Obſtructionibus, Ictero, Cachexia, aliisq; morbis quam purgandi fine exhibetur. Alias Tincturæ præparationes, apud *Tilingium l. c. p.* 165. & ſeqq. videndas, ſilentio præterimus.

(p) *Noſtrati*) Vel eodem modo fit uti Anima Rhabarbari Veri: Vel juxta *Grülingium* priùs oleum Amygd. amar. affunditur, atque in digeſtione per Menſem Philoſophicum relinquitur; hinc cum Spiritu Vini ex oleo hocce Tinctura extrahitur in Balneo Mariæ: Remanentiæ novum oleum affunditur & iterum Spiritu Vini extrahitur, idq; tam diu repetitur, donec oleum nullum ampliùs extrahat Tincturam: hinc Spiritus deſtillatur per alembicum ad dimidium, quod deſtillatum eſt, redditur, idq; quarta vice reiteratur: tandem totum per alembicum deſtillatur & ſic tinctura unà cum Spiritu per alembicum fertur. Proceſſum prolixiùs deſcriptum vid. apud *Tilingium l. c. p.* 169.

(a) G*Uttam Cambodiam*) ita à Regione Indiæ Orientalis, Chi-

diam tanquam tædioſiſſimis *Eſulinis* noſtratibus longè tractabiliorem, ac ſuo modo mitiorem, de cætero ſat vegetam innoxiamque, ſive aliquorum more (b) *per ſe* detur, paucis tantùm *Olei deſtillati vel Spiritus acidi* guttis (in ſpecie ob cauſas paulò poſt dicendas) conſultiùs, quam per operoſioris (c) *Gummi de Peru roſati*, aliasque (totum

COMMENTARIUS.

næ proxima, *Cambodia* vocatur, Indis audit *Lonan Cambodia :* aliis autem eſt *Gummi de Goa*, *Gummi de Peru purgans*, *Succus Indicus purgans*, *Scammonium Orientale*, *Gutta* ſive *Ghitta Jemou & Gemou*, *Gutta Gamandra*, *Gummi Guttæ*, ob virtutes quas in Podagra (Barbaris Gutta dicta) habere creditur: hinc etiam juxta quosdam Gummi hoc eſt *Gummi ad Podagram Manardi*; ab aliis ob colorem flavum *Chryſopus* dicitur, ut alia nomina monſtroſa taceamus. Quid proprié ſit, diu diſceptatum fuit, dum alii Gummi, alii reſinam, alii ſuccum compoſitum, alii ſuccum Ricini croco tinctum illud eſſe voluerunt, de quibus vid. *Schrœd. L. IV. p.* 286. *Sebiz. Spec. Med. Pr. p.*177. *Ettmull. T. I. p.* 795. & 1069. *Lang. Oper. P. I. p.* 471. Hodiè tamen ex *Bontio Hiſt. Nat. Ind. p.* 25. conſtat, ſuccum huncce Gummoſo-Reſinoſum, ex rutilo flaveſcentem, ex ſpecie quadam Tithymali ſive Lathyridis Indicæ, in tantam altitudinem creſcentis, ut ferè arbores, quas inſtar hederæ amplectitur, ſuperet, colligi; figuram hujus Plantæ exhibet *l. c. p.* 153. eandem figuram videre licet apud *Pomet. Hiſtoir des Drogues. P. I. p.* 240. qui eam plantam repentem, naturæ admodum ſpecioſæ vocat, ideò quòd foliis, floribus & fructu careat. *Conf. Hoffm. Clav. p.* 636. *Wedel. A. M. M. p.* 253.

(b) *Per ſe*) quoniam medicamentum admodùm eſt draſticum, emeticâ atque catharticâ vi prædıtum, & maximam nauſeam creans, per ſe vix vel rarò, niſi aliquô modô correctum, datur. Id autem variis modis fieri poteſt, vel fumo ſulphuris, ad modum Scammonii Sulphurati, perfumando; vel Spiritibus acidis vel olei cujuſdam deſtillati guttis aliquot in mortario terendo & imbuendo: vel denique Cremorem Tartari aliaq; ſalia admiſcendo : ſic enim particulæ reſinoſæ, admodùm tenaces, aliquô modô dilatantur & corriguntur, ut hinc tantâ violentiâ in inteſtina atque ventriculum agere nequeant.

(c) *Gummi de Peru roſati*) modum hoc parandi docet *Mynſicht. Armam. p.*36. eſtque nil aliud, quam Scammonium, aqua Cichorei & Spiritu Vitrioli Rectif. ſolutum & exſiccatum: ex quo poſteà additis Roſis rubris & Santalo rubro, cum Spiritu Vini ſoluto, filtrato & evaporato fit reſina. Parùm & in eo tantùm ab hoc differt Gummi Roſatum Auguſtanorum *Ph. p.*320. quod hi, omiſſâ Cichorei aquâ, ingredientia ſimul juncta ſ. q. Spir. Vini, Vitrioli Spiritu acidulati, extrahant & liquorem filtra-

haud rarò per acceſſoriorum nimietatem perdentes) (d) *Præparationes* aliquantillum alterata; ſive potiùs (e) *Magiſterium* indè placuerit, (*Commune aut per Santalum Erraticumve Papaver tinctum*)

COMMENTARIUS.

filtratum ad juſtam conſiſtentiam Extracti redigant. Ab hiſce diſſentit *Zvvelfferus Ph. Reg. p.* 185. hocque Gummi Roſatum parat ex Reſinâ, quam Spiritu Vini vel Granorum Actes, Santalo rubro tincto, & Vitrioli Spiritu acidulato, tingit. Sed quid opus eſt tot laboribus? per ſe enim datum & aliquot guttis olei deſtillati vel Spiritus cujusdam acidi correctum, idem præſtat & abſque noxa aſſumitur.

(d) *Præparationes*) Hæ maximam partem correctionem Gummi Guttæ reſpiciunt. Communiter autem hoc fit per acida & impr. Spiritum Vitrioli, quale eſt *Gummi Guttæ Vitriolatum Mindereri* apud *Schrœderum l. c. Pharm. Auguſt. p.* 331. quod tamen acriter perſtringit *Zvvelff. Animadv. p.* 632. impoſſibilem judicans Spiritus Vitrioli abſtractionem ſine Gummi Guttæ combuſtione: à *Schrœkio* verò *Pharm. Aug. Reſtit. p.* 541. propugnatur: non ſcilicet Spiritus Vitrioli per alembicum, ſed tantùm humiditatis ſuperfluæ abſtractionem h. l. intelligendam eſſe. Sed quicquid ſit de hac controverſia, non adeò benè h. m. corrigitur Gummi Guttæ, quatenus non ſolùm notante *Wedelio A. M. M. p.* 254. à Spiritu Vitrioli ingratum acquirit virorem, ſed etiam vis ejus maximè perit. Huc pertinent omnia ea, quæ ſuprà jam dicta fuerunt de Correctione Purgantium per acida. Operoſa quoque ſatis eſt præparatio *Gamandræ correctæ Cloſſæi* apud *Schrœd. l. a.* quando ſcil. Gummi Guttæ Oleo Tart. p. d. ter imbuitur & Spiritu Vini Tartar. toties maceratur & hinc reſidua materia, decantato Spiritu, aqua roſarum pluries lota & exſiccata in Tabellas redigitur. Verùm non operoſa tantùm eſt hæc præparatio, ſed etiam damnoſa, maximam enim reſinæ partem, ſi non omnem, relicta ſolùm Gummoſa parte, Spiritus Vini decantatus ſecum rapit.

(e) *Magiſterium*) in hoc præparando Authores quoad Menſtruum Spirituoſum Sulphureum non quidem diſſentiunt, diſſentiunt tamen quoad alia Spir. Vini addenda: quidam enim ſolo Spiritu Vini ſimplici contenti ſunt: alii autem Spiritum Vini modico Vitrioli Spiritu irroratum & Tinctura Santali rubri imprægnatum, eligunt, de quibus vid. *Rolf. Chim. p.* 330. alii cum *Ang. Sala p.* 32. Spiritum Vini Santalo rubro tinctum adhibent: alii cum *Mynſichto l. a.* roſas addunt, ut roſatum exeat: alii Spiritum Vini Oleo Tartari p. d. acuunt de quo *Schrœd. l. a.* Hoc loco notandum præcipitationem cum aqua roſarum vel ſimplici rarò voto reſpondere, quod *Rolfincius l. a. p.* 329. obſervavit, ſæpiùsq; parùm Magiſterii obtineri, quod ſine dubio collectioni, tractationi & exſiccationi

COMMENTARIUS.

tioni neglectiori aut inæquali adſcribendum eſt: hinc etiam doſis ejus in ſubſtantia non adeò certa eſt, dum modò intenſiùs, modò mitiùs purgat; ex quo ipſo, ſuccum hunc non prorſùs eſſe naturalem, ſed ei aliquid ſubeſſe artificii, quidam colligere volunt, id quod alii ex ipſa quoque Gummatis figura ſuſpicantur, de quo vid. *Wedel. A. M. M. p.* 253. Porrò notandum, in Magiſterii præparatione communiter materiam quandam piceam nigram inſtar colophoniæ relinqui, quam utplurimùm ceu minùs reſolubilem, & hinc inutilem rejiciunt, in qua ſententia eſt *Angelus Sala l. a.* Sed & hancce reſinam nigram Spiritu Vini, largiori copia affuſo, ſolvi poſſe patet ex Authore Noſtro: imò abſque Spiritu Vini ſolo ſalis Tartari liquore eam ſolvi poſſe, teſtatur ſuprà laudatus Dn⁹ *Boulduc l. a. Memoir. p.* 132. qui cùm plura adhuc experimenta, ad Gummi Guttæ naturam pleniùs cognoſcendam, ejuſque præparationem rectè inſtituendam facientia, proferat, non poſſum non, quâ fieri poteſt brevitate, ea hùc trahere. Aggreſſus autem eſt analyſin Gummi Guttæ variis modis 1. *Deſtillatione.* & quidem duplici modo: Gummi ſc. vel ſolum, vel cum ana Calcis in aëre extinctæ deſtillando: priori modo ex Gummi *Unc. XVI.* Spiritum acidum, deindè urinoſum, tertiò oleum fœtidum & quartò *XXXVI.* grana ſalis fixi: poſteriori autem Spiritus parùm vel nihil acidos, maximè autem urinoſos obtinuit. 2. *Solutione*: hunc in finem varios adhibuit liquores (1) *Spiritum Vini*: ſed hic totum non diſſolvebat, reſtabat enim in fundo materia nigricans, quæ poſtmodum Salis Tartari ſolutione ſolvebatur. Solutio tamen hæc cum Sale Tartari parata parùm vel nihil purgabat, ſed potiùs ſummè diuretica erat: cum è contra altera Spiritu Vini facta, magis quam ipſum Gummi Guttæ in ſubſtantia purgabat. (2) *Menſtruum Salinum alcalinum*: partibus ſcil. anaticis Gummi & Salis Tartari Aquæ ſimplicis calidæ vel bullientis q. ſ. affundebat, undè totum concretum, exceptis paucis terreſtribus particulis, ſolvebatur. Solutio hæc aliquandiu in loco calido in digeſtione relicta glutinoſa fiebat, ſimilisq; erat Reſinæ Scammonii recens præcipitatæ, facilè tamen in liquorem clarum & rubicundiſſimum ſufficiente quantitate aquæ redigi poterat: igne verò lento ad ſiccitatem uſque evaporatâ ſolutione, in fundo remanebat materia ſalina gryſea. in aëre liqueſcens. Extractum hocce Salinum mitiùs quidem purgabat quàm Gummi Guttæ, ſed tantum in faucibus excitabat ardorem, ut non niſi aliis ſubactum aut obvolutum aſſumi poſſet. (3) *Aquoſum*: undè quidem liquor lacteus & luteus reddebatur, ſed brevi, particulis in fundum depoſitis, clarus fiebat: reſiduum hocce exſiccatum à Gummi Guttæ non niſi puritate differebat. Cùm inſtillaret in hanc ultimam ſolutionem Acetum deſtillatum, liquor magis clarus & fluidus, à Spiritu autem Vitrioli craſſior reddebatur: à Spiritu Vini

aut potior adhuc *Pulvis*, ad modum (f) *Pulveris Polychreſti* Scammoniati extractus, & utrâque Gummi Guttæ parte, reſinoſâ ſcil, & gummeâ conſtans; cum aliâs (ob inæqualem forſan in Indiis collectionem, exſiccationem vel tractationem) Magiſterii per parùm indè nonunquam proveniat, & altera nòn reſinoſa portio earundem virium deprehendatur, ipſumque Gummi Guttæ paucioribus utplurimum heterogeneis (quo Colophoniæformem illam ſubſidentem in diſſolutione particulam, paulò tamen copioſiori Vini Spiritu poſtmodum reſolubilem retulerunt) ſit permixtum. Verùm enimverò qui ab altera parte in noſtratium purgationibus ſeri ſatis, & æquè feliciter per Ialapium quoque, & ejus ac Scammonii Magiſterium ſubduci, (g) *Aſciticosque tumores*, qui vel hiſce conſtanter non cedunt,

COMMENTARIUS

Vini colorem acquirebat aureum. Hiſce aliam adhuc ſubjungit præparationem, quam ceu expertam laudat, ea autem hæc eſt: Gummi Guttæ in petia ligatum includitur pani recens è fornace ſumpto calido, ibique relinquitur per 24. horas in loco calido, ne tam citò refrigeſcat: hinc Gummi exemptum pulveriſatum denuò novæ petiæ novoque pani calido includitur, idque quater aut quinquies repetitur: tandem pulveriſatum ad uſum ſervatur. Hôc modô præparatum abſque ulla violentia purgare aſſerit. Notandum h. l. micam panis primi vim emeticam & purgantem habuiſſe.

(f) *Pulveris Polychreſti*) quomodò hic parandus ſit, ſuprà § 4. *Lit. b*, jam dictum fuit: ad hujus itaque imitationem vel Tinctura Santali acidula, vel Spiritu Vini, Vitrioli Spiritu irrorato, extractio inſtitui poteſt.

(g) *Aſciticosque tumores*) Duo potiſſimùm h. l. notanda ſunt 1. An Purgantia & quidem verè conveniant Aſciticis. 2. Quomodò aquas & per quas vias educant. Quoad *priùs* certum quidem eſt, ſæpiùs maximam Aquarum copiam ab adhibitis Purgantibus fortioribus per alvum deponi, & hinc Ventrem notabiliter detumeſcentem certam curationis ſpem primô intuitu promittere: Sed quàm parùm hiſce fidendum ſit quotidiana docet experientia: non raró enim fruſtrà omnibus Purgantibus, fortiſſimis quoq;, Aſcitici ſollicitantur, ſive illud ob nimiam ſeri glutinoſitatem, ſive ob ejus copiam, purgantium particulas obtundentem, aut nimis diluentem fiat: imò ſæpiſſimè malum exaſperant, quatenus ob inteſtinorum hiſque annexarum partium irritationem fortiorem, non ſolùm tonus viſcerum magis debilitatur, ſed etiam vaſorum lymphaticorum ruptura, & hinc ſeri in abdominis cavitatem deſtillatio promovetur atque augetur. Ex quibus patet, parùm hiſce in Aſciticis curandis

 randis

nec iſti perfectè cedere, imò ejuſmodi affectus Purgantibus plerumque fruſtrà ſollicitari novit; is procul dubio etiam hæc Tithymallina Indis ſuis ſecurè relinquet.

COMMENTARIUS.

randis tribuendum eſſe, licet enim aliquo modo ſerum educant, non tamen iſta abdominis detumeſcentia conſtans eſt, ſed brevi eadem moles redit. Rectiſſimè hinc *Medici Vratislavienſes Hiſtor. Morbor. p.* 123. in Medicaſtros, ſolis & continuatis Purgantibus draſticis Aſciten curare ſatagentes, acriter invehuntur: impoſſibile enim eſt, irritantibus hiſce vaſa lymphatica rupta conſolidare. Quoad *poſterius* autem, quâ ſcil. ratione & per quas vias aqua Aſciticorum educatur, obſcurum quidem aliquo modo videtur, rationem hujus reddere: nihilominus tamen, reſpectu tum ad cauſam tumorum Aſciticorum, tum ad actionem Purgantium habito, ſatis probabiliter id declarare poſſumus. Certum enim eſt ad abdominis tumorem non ſolùm aquam extravaſatam, in abdominis cavitate contentam, ſed etiam ſerum in Meſenterii & inteſtinorum glandulis, (quæ hinc in Aſciticorum cadaveribus diſſectis turgidæ admodùm cernuntur) ſtagnans concurrere; undè etiam non raro infantum abdomina ab obſtructis hiſce glandulis in magnam molem excreſcunt. Quando itaque Purgantia aſſumta inteſtina ſtimulant, primò omnium ſerum glandularum miliarium ſive Peierianarum, (magna copia inteſtinorum parietibus adhærentium,) emulgetur, quoniam vaſa horum excretoria immediatè in inteſtina hiant: hinc ob viciniam glandulæ meſenterii ſimul irritatæ, ſerum ſuum à particulis Purgantium eò latis, fluidius redditum, non quidem immediatè in cavitatem inteſtinorum, huic enim motui lacteorum valvulæ obſtant, ſed in chyli receptaculum effundunt, ex quo, durante ſemper fortiori à purgantibus Hydragogis excitatâ irritatione, ad Maſſam ſanguineam & cum hac ad inteſtinorum glandulas latum promptiſſimè per eas evacuatur. Cùm verò h. m. Maſſa Sanguinea magnâ ſeri parte privetur & hinc vaſa aliquatenus vacua reddantur, ſerum ſubtiliùs in abdominis cavitate ſtagnans in venas per poros ſe inſinuat, undè venoſo ſanguini mixtum & ad ſanguinis fontem cor latum, cum arterioſo ad inteſtina migrat, ibidemq; è glandulis emulgetur. Talis autem motus humorum per vias minùs uſitatas non eſt novus, ſæpiùs enim humores præternaturales ſibi quoque quærere vias experientiâ conſtat; ſic enim ſanguis atque pus non raro ex auribus & naribus cum ægri euphoria fluunt: imò pus Pleuriticorum per urinam & per alvum excernitur. *Conf. Sydenham. Opuſc. p.* 618. *Williſius Ph. Rat. p. m.* 234. *Ettmull. T. I. p.* 348.

(o)

CAPUT III.

DE

PURGANTIBUS MINERALIBUS.

§. I. E (a) *MINERALIUM* verò proſapia cùm quamplurium effectus reverà præſentaneus, parabilitas ſuô modô major, & doſis plerumque acceptior exiſtat, meritò hinc aliqua, (tanquam tamdiu (b) boni Viri remedia, donec Univerſalia vel Alcaheſtina

COMMENTARIUS.

(a) M*Ineralium*) Tria potiſſimùm ſunt Mineralia, quæ Cathartica ſuppeditant, *Antimonium*, *Vitriolum* & *Mercurius*, ex quibus Chimicorum quilibet pro lubitu peculiaria, & ab aliorum præparatis diverſa, paravit Cathartica, in Praxi adhibuit, aliisque commendavit: quamvis ſi fundamentum ſpectemus, plura eorum parùm differant: Variationes enim iſtæ per diverſa Menſtrua, Deſtillationes, Extractiones, magnis laboribus & impenſis inſtitutæ, in quibus plures Authorum luxuriant, quæque primò intuitu legentibus multum promittunt, in praxi tamen non magis præſtant, quam aliorum ſimpliciori modo præparata medicamenta. Hinc etiam Author noſter ex infinito ferè Catharticorum mineralium numero pauca tantum eligit: *Tartarum ſcil. & Oxy ſaccharum emeticum* ex Antimoniatorum, *Mercurium* autem *dulcem*, & pro durioribus *Turbith minerale* è Mercurialium numero. Quare autem è Mineralibus (non obſtante Galenicorum, aliorumque Miſochymicorum, hæcce pro venenis aut draſticis nimis remediis habentium, repugnantia) quædam eligat, ſequentes allegat rationes 1. quod laudabilem & præſentaneum edant effectum. 2. quod facilè & majori copia parari poſſint. 3. quod doſi minori & ſapore minimè nauſeabundo ſe commendent. Cùm autem quamplurima aliorum Authorum cathartica contra hæc peccent ab Authore noſtro ſuppoſita fundamenta, hinc ab initio ſtatim removet 1. omnem catharticorum, eundem effectum habentium, farraginem. 2. Uſu nondum probata, aut in Chimicorum tantùm cerebris nata. 3. Draſtica ſive vehemenriora omnia, ut & nimis cruda, Vitrum ſc. Crocum, Flores, aliaque in ſubſtantiâ: quam funeſtus enim horum uſum ſequatur exitus, cadavera eorum, quibus lethales ex hiſce parati Boli exhibiti fuerunt, loquuntur. 4. Magnis laboribus & ſumptibus parata. 5. quæ incertioris doſis ſunt.

(b) *Boni Viri*) ſugillat hic Author N. *Helmontium* qui *Lib. de Febr. Cap. XV.* §. *6. p.* 142. Antimonium & Mercurium, quamdiu illud vomitum aut ſedes

pandantur) pro apparatus noſtri complemento ſeligenda, ſeu Vegetabilibus (dum evertendo malo haud rarò imparia deprehenduntur) aſſocianda veniunt: ſimiliter tamen ex uſitatioribus tantùm & experientia hactenus ſufficienter probatis. Ut enim fruſtranea inſtitutoque noſtro contraria hic quoque foret Pharmacorum ejuſdem naturæ & effectus accumulatio; qua tamen hodiè libros & Myrothecia hinc, (inter inanes eodemque tandem recidentes Variationes, ac novorum vel quaſi modorum, Menſtruorum, Extractionum, Deſtillationum, Volatiliſationum, Correctionum inventiones) referta cernimus: ita nec adhucdum minùs probata, infida, præter rem vehementiora crudiorave minùs verſatorum abuſui temerè hic exponemus, aut exſcriptis citra præviam tentationem, vel in muſeo paſſivè natis, coram Vulcano expirantibus proceſſibus (quæ paulò exercitatior vel è ſola lectione dijudicat,) tyrones lactabimus; nimiisve de-

COMMENTARIUS.

des movet, hic autem reſuſcitari poteſt, venena, nec hinc boni viri remedia eſſe ſcribit. Sed hoc non obſtante Purgantibus Vegetabilibus ſupra tactis & Mineralibus ſelectis, uſuque probatis tamdiu contenti erimus, donec Sal circulatum majus, aut Alcaheſtinus liquor nobis innoteſcent, quo hiſce venena horum Mineralium tóllere queamus. An autem non hæc ſolùm, ſed omnia alia purgantia ita corrigi queant, ut. 1. *nil à ſano corpore educant, nec moveant, alterent, aut infirment illud.* 2. *ut non exigant quicquam foràs, niſi quantum peccat, ideòque non aggravent, ſed ab onere ſublevent, ut mox indè æger benè ſe habeat.* 3. *ut neque per ſudorem, neque per vomitum aut ſedem eliciant morbum: ſed inſenſibiliter reſolvant, quacunq; in parte hoſpitetur morbus, reliquum ſatagente natura:* tamdiu nobis dubitare liberum erit, quamdiu ſumma hæc prætenſa Catharticorum correctio infallibili experientia deſtituitur. Quæ enim de Paracelſi curationibus graviſſimorum morborum proferuntur, nondum adeò omnibus infallibilia videntur, ut dubitationi prorſus nullus concedatur locus. Si autem omninò talia correctoria Paracelſo atque Helmontio nota fuerunt, invertere potiùs argumentum atque dicere poſſumus, eos Bonorum Virorum officium non expleviſſe, qui talia humano generi utiliſſima ſciverunt, conſultò tamen occultantes, nil nobis niſi barbara atque obſcura *Lagaſtri, Pagaſtri, Gas. Blas &c.* nomina reliquerunt, quibus in morborum Curationibus idem, ac ſi ſuperſtitioſorum *Abracadabra* ægrorum frontibus inſcriberemus, efficere poſſumus: Rectè hinc & acriter in ejuſ-

mûm laboribus atque expenſis (in ſpecioſas quidem, at ſupervacaneas tot ambages, pro melioratione ſcilicet remedii excogitatas) neceſſariis, in praxi aliàs ſat operoſa nequicquam onerabimus.

ANTIMONIUM. §. 2. Sit itaque primò, quod è progenie ſua quidpiam contribuat, (a) *Antimonium*, etiam Exteris poſt diu-

COMMENTARIUS.

in ejusmodi homines invehitur *Zvvelfferus Pharm. Reg. p.* 349. Et ut tandem verbo rem exprimamus, *Helmontius* aut non poſſedit hæcce arcana, aut non poſſedit: Si poſſedit & nihilominus ea occultavit, egit contra charitatis principia ab ipſo *Libr. de Febr. l. a.* §. 3. conſtituta: quid enim arcanis hiſce Medicis ſalivam ad hydropem uſque movere, & vana expectatione os aperire, expectantium tamen & avidè inhiantium ori ſecretorum ne micam quidem ingerere opus erat? Sin autem minùs, cui bono ſpecioſa hæc commenta?

(a) *ANtimonium*) quare ita vocatum fuerit rationem ſuppeditant *Ephemerid. Gallic. Ann.* 1666. *M. nſ. Junii p. m.* 266. Monachum ſcil. Germanum, lapidem Philoſophicum quærentem, portionem quandam Antimonii, quô ad fundenda & purganda metalla utebatur, porcis projeciſſe, ab eo verò porcos non ſolum violentiſſimè purgatos, ſed etiam pinguiores poſtea redditos eſſe: commodum itaque Confratribus ſuis judicaſſe hocce medicamentum, iiſque, ut eô uterentur, perſuaſiſſe, ſed omnes exindè mortuos & hinc minerale hocce *Antimoine*, Antimonium, ſive medicamentum Monachis funeſtum, dictum eſſe. Conf *Rolf. Diſſ. Chim. V. de Antimon. p.* 4. Græci vocant Στίμμι, Latini verò *Stibium*, quamvis Antimonii nomen in Chimicorum ſcholis magis receptum ſit. Metaphorica tamen alia nomina ipſi impoſita ſunt, modo enim *Lupus*, quia omnia alia metalla corrodit, modo *Protheus*, ob varias quas in igne ſuſcipit mutationes, modo *Ens primum Metallorum*, modo *Subjectum Mirabilitatis*, modo aliter vocatum fuit. Vid. præter *Rolfinc. l. a. Lemery. Chym. p.* 261. Conf. *Lang. Oper. P. I. p.* 335. *Hoffm. Clav. p.* 294. Refertur communiter ad Metalla imperfecta & hoc nomine etiam à *Wedelio Pharm. Acroam. p.* 399. ſalutatur: rectiùs tamen cum *Hoffmanno l. a. Minerale*, aut cum *Langio Concretum Metallicum* ſui generis vocatur. Subſtantiam ejus quod attinet, triplicem *Schrœderus* Lib. III. p. 413. ei ineſſe ſtatuit, & quidem 1. Sulphur minerale duplex, Solare ſc. rubens & combuſtibile. 2. Subſtantiam Mercurialem metallicam indigeſtam de Saturni natura participantem. 3. Subſtantiam terreſtrem & Salinam perpaucam. *Sulphuream* ei ineſſe, in Vitri Antimonialis præparatione

turnam (b) condemnationem haud ita pridem demùm publicè adop-

COMMENTARIUS.

& naribus percipitur, & oculis cernitur: *Mercurium* una cum Sulphure ex Antimonio elici poſſe teſtatur *Boyle de Util. Philoſ. Experiment. p.* 12. *Zvvelff. Mantiſſ. Spagir. p.* 530 *Poter. Oper. p.* 473. aliique. Negat tamen cum *Angelo Sala* Mercurium huncce *Rolfinc. l. a. p.* 49. quid autem de hac controverſia cenſendum ſit, vid. infrà §. 10. ubi expreſſè agitur de *Mercurio Metallorum*. Alii Mercurialem hanc Subſtantiam magis Metallicam vocare amant. Metallicam hanc Subſtantiam Saturninæ eſſe proſapiæ patet ex *Williſii Pharm. Rat. Part. I. Sect. II. cap.* 3. *p. m.* 24. hic enim teſtatur ſe ex Antimonii ℔j Saturni *Unc.* ij elicuiſſe. De Salina Subſtantia itidem controvertitur an Antimonio inſit, eamque prorſus negat *Ettmull. T. II. p.* 1081. ne micam Salis ei ineſſe, ſed Sal productum potiùs ab additamentis Salinis eſſe, aſſerens: teſtatur tamen *Poterius Oper. p.* 437. Sal ex Antimonio elici poſſe. *Conf. Wed. A. M. M. p.* 305. Quod vires Antimonii concernit, Veteribus uſus ejus internus minimè cognitus erat, hinc id externè tantùm ad ulcera conſolidanda abhibebant, uti id patet ex *Rolf. l. a. p.* 8. & fœminis ad tingendos oculos & fucandam faciem in uſu erat, de quo vid. *M. N. C. Dec.* 2. *Ann.* 6. *Append. p.* 86. Emetica vis, Veteribus incognita, ſequentibus ſeculis inventa fuit: cui autem Antimonii ſubſtantiæ hæc adſcribenda ſit, non adeò convenit inter Authores: dum alii Salinas, alii Sulphureas, alii Mercuriales ſive Metallicas, alii Sulphureas & Metallicas &c. purgationem efficere ſtatuunt. vid. *Pechlin. de Purg. p.* 266. *Wedel. A. M. M. p.* 305. *Ettmull. l. a.* Sed non obſtante aliorum ſententiâ, rectiùs, ut ego quidem opinor, Sulphuri cum *Pechlino* vis adſcribitur purgans, quatenus hôc leviter tantùm mediante igne expanſo, maximam ſtatim emeticam vim acquirit Antimonium; & quod adhuc magis probat, eſt, quod dempto Sulphure prorſus ſuam amittat vim emeticam, quod in Antimonii Diaphoretici præparatione videre licet, ubi per triplum Nitri additum, Antimonii Sulphure deflagrato, non ſolùm emeticum eſſe deſinit, ſed prorſus aliam induit naturam & diaphoreticum evadit: plura de hac re vid. apud *Pechlin. l. c.*

(b) *Condemnationem*) adeò olim multis ſuſpectum fuit Antimonium ob arſenicales aliasque venenatas particulas, nulla artis opera corrigendas, ut nemo ferè, vel pauciſſimi tantùm auſi fuerint deleterium hocce medicamentum in uſum trahere, permoti forſan à diligentiſſimo Antimonii Scrutatore *Baſilio Valentino*, qui in *Curru Triumphali Antimonii p.* 113. & 116. venenum id eſſe vult. Imò eò perducta res eſt, ut Facultas Medica Pariſienſis, publico, uti putabat, conſultura, & mala indè imminentia averſura, Conventu habito, id Venenorum albo inſeruerit: atque per ſupremam Pariſienſium Curiam Decretum hocce confirman-

tatum: (c) *ſelectiùs* ſi datur; ſed nec minùs ſtriatum, minùſque rubens (niſi quod nonnunquam in Cinnabaris copia aliquantum deficere videatur) officio ſuo deeſt, Emeticaque primò dat (ceu notum nunc,) præſentiſſima, ſufficientiſſima, paſſim tamen (ut invenientium ac colligentium genius fortè tulit) non ſine luxuriante adhuc-

COMMENTARIUS.

firmandum curaverit: quod poſtea tantô rigore executioni fuit datum, ut Pomerius, Celeberrimus Medicus Pariſienſis, quód Antimonium aliaque Chimica adhibuerat, Anno 1609. è Facultate fuerit ejectus. Decreti hujus formula videri poteſt apud *Hoffm. Paralip. Offic. p.* 550 qui id admodum laudat. Sed cùm Decretum hocce ex ignorantia Chymiæ & in gratiam potiſſimùm Medicinæ Galenicæ prolatum eſſet, ac non obſtante interdicto Medici Chymici ad morborum curationem feliciſſimè eo uterentur, tandem excuſſis per Chymiam tenebris Galenicis, poſt integrum ſeculum Anno 1665. die 29. Martii à Facultate Medica per 92. ſuffragia receptum, & Vinum emeticum inter medicamenta purgantia innoxia relatum fuit. Concluſum hoc Anno ſequenti 1666. die 10. Aprilis Suprema Curia confirmavit, atque Antimonio ad Curationem morborum utendi, deque eo ſcribendi & diſputandi facultatem conceſſit, adjuncto tamen ad cujusvis conditionis homines interdicto, ne eodem niſi ſecundum Medicorum conſilium uterentur. quæ omnia prolixiùs videri poſſunt in *Ephemer. Gal. Anno* 1666. *Menſ. Iunii p. m.* 266. *& ſeqq.* Sicque Antimonium publicè & cenſura Pariſienſi damnatum nobiliùs reſurrexit, palamque revocatum eſt in uſum. Licet autem quoque ante & poſt hoc Decretum multi Antimonii Oſores inventi fuerint, nihilominus tamen maſcule ſemper defenſum fuit à cordatis Chymicis, qui id experientia edocti pluris æſtimarunt quam *Bartholin. Cent. III. Epiſt.* 16. *p.* 62. hic enim non ſolùm venenum id vocat, ſed etiam, ſe malle fortiter ægrotare, quam ex ſtibio nauſeare, ſcribit. Vid. impr. *Poter. Oper. p. m,* 434. *Schrœder Quercet. Rediv. p.* 565. *Ang. Sala Oper. p.* 232. ubi objectiones variæ cum reſponſionibus occurrunt. *Wedel. A. M. M. p.* 304. qui id à ſuſpicione Arſenici variis argumentis liberat. Conf. *Ephemer. Gall. l. c.* aliique.

(c) *Selectiùs*) duo in Antimonio electo Chimici requirunt 1. ſtrias candicantes, ſplendidas, longas; hæ enim copioſæ partis Metallicæ indices ſunt. 2. ut ſit rubicundum, undè etiam *Leo rubens* vocatur: hoc enim plus Cinnabaris in ſe continet, & hinc ad ejus confectionem maximè expetitur. Sed cum Selecti hujus Antimonii non ſemper copia detur, commune quoque in uſum trahi poteſt, exindè enim omnis generis Vomitoria, quibusvis indicationibus reſpondentia, parari poſſunt. plura de ejus ſelectu vid, apud *Ettmull. T. I. p.* 1080.

(a) *Cru-*

dum exceſſu. Vehementiora crudioraque, & quæ ob circumſtantias quaſdam incertioris doſis ſunt, aut aliàs præter rem operoſiora, (dum compendioſa encheireſis ſatisfacit,) intentio noſtra hic non admittit, & è ſecurioribus parabilioribuſque vel unicum aut duo ſufficient.

Cùm proindè §. 3. (a) *Crudum* aquoſos nec ſatis acidulos liquores, (incoquendo vel infundendo,) parùm hunc in finem

COMMENTARIUS.

(a) C*Rudum*) Quæritur h. l. an Antimonium vim quandam liquoribus, quibus infunditur vel incoquitur, communicet? Sunt qui id prorſus negant, exiſtimantes Antimonii ſubſtantiam, ſubſtantiæ Metallorum proximam, nimis eſſe compactam, ejuſque particulas Sulphureas adeò arctè metallicis infixas hærere, ut minimè ab aquoſis, aut aliis debilioribus Menſtruis ſolvi aut extrahi queant. Alii autem contrarium affirmant; eorumque quidam vim quoque emeticam Liquoribus hiſce communicari poſſe aſſerunt, quam ſententiam fovet *Rolfinc. Diſſ. Chim. V. p.* 45. qui Antim. crud. pulveriſ. Unc.ß. in Aquæ, Cereviſiæ vel Vini *Unc. IV.* infuſum ἄνω ϗ κάτω purgare contendit: quidam verò vim tantùm diaphoreticam hiſce infuſis Antimonialibus tribuunt: ita *Zvvelferus Decocto Lignorum Antivenereo* addidit *Antimonii* ℔j. de quo vid. *Hoffm. Clav. p.* 62. quocum ferè convenit *Decoctum Antimoniale* apud *Schrœder. Lib. II. p.* 173. Hoc loco ante omnia ad liquorem, cui Antimonium infunditur, reſpectus eſt habendus; hujus enim ratione modo purgat, modo ſudorem excitat: Sic ſi aquæ infunditur, nullam prorſus, niſi forſan in delicatulis, excitabit Catharſin; paucæ enim ſulphureæ particulæ à liquore abſorptæ aut ſolutæ, quia nimis in liquore diſperſæ ſunt, vomitum excitare nequeunt, hinc ſanguinem ingredientes diaphoreſin exercent: id quod non eſt rarum; purgantia enim vel nimis diluta, vel minori doſi exhibita, vel à corporis aut ventriculi humoribus alterata, aut infracta ſæpiùs diaphoretica evadunt. Sin verò acidis infunditur liquoribus, omninò vim exindè acquirunt emeticam, quia hi potentiùs penetrantes, plures Sulphuris particulas ſolvere & elicere poſſunt. Verùm enimverò cum pro majori vel minori liquoris aciditate, aut ipſâ etiam Antimonii conditione, modo intenſior, modo remiſſior hujuſmodi Infuſorum aut Decoctorum vis emetica ſit, ac h. m. tum in Antimonio, tum in Menſtruo examinando & ſeligendo aliqualis oriatur difficultas, atque hinc facilis ſit lapſus, conſultiùs ea rejicimus, aliiſque tutioribus & certioris doſis utimur Antimonialibus.

(b) In

alteret; in (b) *ſubſtantia* libellis quidem ſuſpectum, ab aliquo tamen hiſce diebus ad grana duo vel tria, cum aliis Epilepticis præcipitantibus non ut Emeticum, ſed ut ſpecificum antepilepticum commendatum ſit; (c) *Vitrum* vero *commune* ſeu intenſius ſeu remiſſius (pro additamentorum vel Enchiriſis ratione) *rubens*, profecto tædioſum, &, ſi quis ex temporaneum *Puniceum*, aut quo-

COMMENTARIUS.

(b) *In ſubſtantia*) Suſpectum quidem videri poſſet in ſubſtantia exhibitum Antimonium, ſed experientia demonſtrat, nullum exindè ſumentibus imminere periculum, nec ullum ſubſequi vomitum aut ſeceſſum, niſi forſan ab aciditate in Ventriculo contenta, aut à liquore immediate poſt ejus uſum hauſto, Antimonii Sulphur ſolvatur, ſicque vomitus excitetur: quod egregie confirmat *Lemery. Traité de l'Antimoine p.* 5. hic enim hominibus robuſtis Antimonium crudum usque ad Drachm. *ß.* dedit, unde quidam vomitum patiebantur, quidam ab eo immunes erant: ut autem certus fieret, an diverſi hi effectus à diverſa lymphæ gaſtricæ aciditate, magis vel minus Antimonii Sulphur ſolvente, dependeret, aliis idem Antimonii crudi pondus, & immediate poſt illud Succi Limonum vel Omphacii cochlearia aliquot dedit, unde ſtatim ἄνω καὶ κάτω purgati fuere. Ex quibus conſtat, Antimonium crudum non niſi compage ejus (ſive id per ignem, ſive alio menſtruo vel modo fiat,) ſolutâ, vomitum excitare: ita ſolummodo ſuper porphyrite in ſubtilem pollinem cum ſalino ſtimulo redactum, vim acquirit emeticam. vid. *Ettmüll. T.* 1. *p.* 875. *Margrafius* quoque Lugduni Batavorum crudum ad grana tria in peculiari Menſtruo ſolutum vomendi gratia exhibuit, vid. *Bartholin. Cent. IV. Epiſt.* 53. *p.* 343. interne quoque contra epilepſiam uſurpatur vel ſolitarium, vel cum Caſtoreo, Aſa fœtida & Gummi Ammoniaco mixtum: pulverem hunc, cui à colore Nigri nomen impoſitum eſt, magni in Epilepſia Hyſterica eſſe uſus teſtatur *Wedelius Opiolog. p.* 94. *Conf. A. M. M. p.* 302. ita etiam *Lemery l. a. p.* 6. ex Antimonii crudi, Sulphuris communis, & Lapidum Cancrorum partibus æqualibus pulverem compoſuit diaphoreticum, in aſthmate, ſcabie, tinea uſus non contemnendi. Sed cum de interna humorum conſtitutione ſemper certi eſſe nequeamus, præſtat ab hiſce abſtinere & potius aliis remediis morbos aggredi.

(c) *Vitrum*) ob ſonum, pelluciditatem atque fragilitatem ita dictum eſt. Variæ autem Vitri Antimonii dantur ſpecies, vel ratione *Materiæ ex quâ*, vel ratione *Additamentorum* vel

que (mitius creditum) *Succineum* è ſuperfluo forte Mercurio Vitæ paratu facile excipiat, cuncta tamen per ſe admodum turbulenta exiſtant: cum (d) *Flores vulgares* ex *Antimonio*, aut cu-

COMMENTARIUS.

ratione *Colorum*, vel ratione *Virium* vel denique ratione *enchiriſis* differentes. Ratione Materiæ quidem aliud paratur ex ipſa Antimonii *Minerâ*, aliud ex *Antimonio*, aliud ex ejus *Regulo*, aliud ex Antimonii ſobole *Mercurio Vitæ*. Ratione autem additamentorum, alii tum fuſionis tum Colorum gratia, modo *Borracem*, modo *Sulphur Citrinum*, modo *Sal foſſile*, modo *Nitrum*, modo *Arſenicum*, modo *Aurum* addunt. Ratione Colorum, vel *Hyacinthinum*, vel *Puniceum*, vel *Succineum* vel *Album*, vel *Nigrum* eſt. Ratione Virium aliud Vomitum excitat, aliud alvum movet, aliud ſudores prolicit. Ratione denique Enchiriſis differunt, dum alii calcinationem, & Sulphuris externi exhalationem præmittunt, & hinc vel ſolum Antimonium in crucibulo fuſum, vel additis aliis, in Vitrum mutant; alii vero ex tempore ex Antimonio cum aliis mixto vitrum conficiunt: alii fuſionem fortiorem, alii leviorem ſuadent. de quibus omnibus vid. *Schrœd. Pharm. L. III. p. m.* 414. *Hoffm. Clav. p.* 296. Sed licet hiſce vitris maximas ſuperioribus temporibus tribuerint vires, & hinc magnos eorum præparationi impenderint labores, rarus tamen hodie in Rationalium Medicorum Praxi eorum eſt uſus. Nam quod *Hyacinthinum* attinet, admodum tædioſum hoc eſt, non ſolum enim longâ calcinatione, continuâ agitatione, & ſi forſan conglobetur, nova pulveriſatione, & deinde longa fuſione in crucibulo opus eſt, ſed etiam deleterii in ejus præparatione exhalantes ſulphurei fumi, niſi magno ſtudio vitentur, maximum præparantis ſanitati detrimentum afferunt: quibus difficultatibus licet *Puniceum* (ex Antimonii & Nitri p. æq. paratum, & ſic parum vel nihil à Metallorum Croco differens) & *Succineum* (ſola & extemporanea ſed fortiori Mercurii vitæ calcinatione parabile) minus ſubjecta videantur: nihilominus tamen quia omnia hæcce vitra violentius ſuas operationes edunt, maximasque turbas in corpore excitant, commode ea ex ſelectiorum albo expungimus. Prolixius qui de hiſce vitris eorumque præparatione atque viribus legere cupit, conſulat præter ſupra allegatos *Kerkringii Comment. in Baſil. Valent. Curr. Triumph. Antim.* pag. 138. *& ſeq. Ang. Sala Oper. p.* 299. *Ettmüll. Oper. T.* 1. p. 876. *Wedel. Pharm. Acroam* p. 519. *Am. M. M. p.* 305. *Bohnii Diſſert. Chim. Phyſ.* p. 369. *Rolf. Chim. in A. F. R. p.*404. *Lemery Chym.* p. 287. ubi quoque agitur de ratione pelluciditatis Phyſica. Plures vitrorum cum Metallis compoſitorum ſpecies vid. ap. *Lemery Traité de l'Antimoine p.* 372. *& ſeq.*

(d) *Flores*) uti in omnibus ferè præparatis chymicis, ita quoque in hiſce

paran-

rioſius è *Minera* vel (carius ſaltem) è prævio *Regulo* diverſis compendiis, ac (faſtigiatis quoque vel folle ſollicitandis) furnis, varie variisque (e) coloribus (*albi flavi*, etiam cum Ammoniaco ſale, *rubrique* tandem) conquiſiti, adhuc tædioſiores; & ſi quis accidentarios, (ſub Croci vel Cliſſi detonatione provenientes, neglectâque rejiculâ quâdam Retortâ facile retinendos) offerat, in to-

COMMENTARIUS.

parandis ſuus cuique mos eſt, dum alii ex Antimonio, alii ex ejus Minera, alii vero ex Regulo eos parant, quibus alia adhuc addunt, ut exinde vel corrigantur, vel elegantiores reddantur. Sed præparatio horum admodum tædioſa eſt & laboribus vitrum ſuperant, cum enim Antimonii particulæ admodum ponderoſæ ſint maximâ ignis vi atque magnis laboribus ad eas ſublimandas opus eſt, quod cum probè viderint Chymici, diverſa laborum compendia quæſiverunt: hinc alii ſublimationem adlatus peculiaribus furnis atque vaſis inſtituerunt, de quibus vid. *Zwelff. Mantiſſ. ſpagir.* p.404. materiamque ipſam continuo follis flatu ad meliorem ſublimationem ſollicitârunt: alii ejusdem follis ope Antimonii ſublimationem in plures ſibi invicem impoſitas ollas, Aludel vulgo dictas, promoverunt vid. *Lemery Chym.* p.295.

(e) *Coloribus*) Variis hi flores coloribus apparent; communiter enim teſte *Ettmüll. T. l. p.* 1082. qui in ſupremo hærent loco *albi*, qui verò in inferiori parte *rubri* apparent: *Lemery* tamen *l. a.* colores diverſos inæquali ignis gradui tribuit. Flores hoſce uti coloribus, ita viribus quoque diſtinctos eſſe vult *Poterius Oper. p. m.* 437 ſuperiores ſc. maximè eſſe emeticos, medios mitiores, infimos autem parum vel nihil purgare, quod tamen rectè negat *Charas Pharm. Reg.* p. m. 1001. Si rubros quis deſiderat flores, addat ſolum Antimonio ſublimando Sal Ammoniacum, de quorum præparatione vid. *Lemery Chym. l. a. Collect. Chym. Leid. p. m.* 56. dantur etiam albi flores per ſeceſſum tantum purgantes, ſed ad præcipitata potius, quam ad ſublimata pertinent, deſcriptio eorum occurrit *Collect. Leid. l. a.* Sed & hiſce floribus quocunque modo coloratis aut præparatis commode carere poſſumus, noſter enim ſelectus remedia tædioſa atque draſtica omnino excludit. Si autem vel maxime eos in uſum trahere animus eſſet, ex Antimonio crudo parati ſufficere poſſent: cui enim bono Minera hunc in finem impenditur, cui tamen alia heterogenea adhuc admixta ſunt? Sulphur enim iſtud minerale purius, aut neſcio quid

 altius

tum tamen nullatenus mitiores deprehendantur: cum (f) *Mercurius Vitæ* communis *albus*, aut (per violentiorem ignem disjectâ cinnabari) *luteus*, in ſubſtantiâ æque vehemens, per accedentem Santalinum (noſtriſque ſimiliter communicabilem) colorem nihilo hinc mitior, Diaphoreticis autem uſibus (magno Bezoardici Mineralis compendio) præſertim luteus ille aptior; ſelectorum in-

COMMENTARIUS.

altius, ſublimioribus cogitationibus arcanorumque præparationibus aptum, anxiè in Minera quæſitum, nondum adeò detectum eſt, ut quærentium votis ex aſſe reſpondeat: aut quem in finem prius Regulus ſupervacaneis laboribus atque ſumptibus paratur & hic tandem in flores ſublimatur? puriores enim & mitiores vix fiunt. Imò hiſce omnibus miſſis accidentarii iſti, in Clyſſi vel Croci Metallorum præparatione provenientes flores ſufficere poſſent: quando ſcil. Nitri atque Antimonii anaticæ partes in Croci, in Clyſſi autem præparatione Antimonii, Sulphuris, Tartari, Nitri &c. æquales partes mediante cochleari in retortam tubulatam candentem ſenſim ingeruntur, ſic ortâ magnâ detonatione ſpiritus mineralis in vas recipiens ſub nebularum forma tranſit, ibidemque fluidam aſſumit naturam, flores autem in retortæ collo adhærent, in fundo vero Crocus Metallorum, & in Clyſſi præparatione caput mortuum, quod itidem inſtar Croci vomitum movet, relinquitur. qui ipſi flores diverſis quoque gaudent coloribus, modo enim ſunt rubicundi, modo pallidiores ſive incarnati. Sed cum nec hi mitiores prioribus deprehendantur, conſulto eos cum prioribus è ſelectorum numero excludimus.

(f) *Mercurius Vitæ*) quem alii ab Algarotho, Medico Italo, cui in frequenti fuit uſu, *pulverem Algarothi*, alii verò ob notatum poſt ejus uſum funeſtum exitum *Mercurium Mortis* aut *Vitæ æternæ* vocarunt. Huic autem præcipitato perperam Mercurii nomen impoſitum eſt, prorſus enim nihil de Mercurio participat, ſed ſolum eſt Antimonialis proſapiæ: licet enim ex Antimonio atque ſublimato proportionaliter mixtis butyrum deſtilletur, huic tamen Mercurii nil ineſt, ſed in deſtillatione particulæ tantum ſublimati ſalinæ rodunt Antimonii metallicas, cumque his in vas recipiens ſtillant; Mercuriales autem cum ſulphureis Antimonii particulis coëunt & fortiori igne propulſæ retortæ collo adhærentes Antimonii cinnabarim conſtituunt. Nil itaque Butyrum quam Salinarum atque Regulinarum Anti-

COMMENTARIUS.

Antimonii particularum concretum eſt, quarum ultimæ à prioribus ita detinentur, ut ex earum compedibus ſe minus extricare queant: quamprimum autem ab affuſa ſ. q. Aquæ (quæ decies utpl. Butyri pondus ſuperat) Salinarum compages ſolvitur, atque eæ à ſe invicem recedunt, ut longioribus ſpiculis Regulinas particulas amplius detinere nequeant, hæ ob gravitatem fundum petunt, & ſub forma pulveris apparent. Hunc autem Mercurium eſſe Regulum Antimonii exindè clarum eſt, quod addito Nitro ſtatim in Regulum verum abfundi poſſit. Si tamen quis Butyrum hocce Antimonii tantum eſſe ſobolem, gratis ſupponi putet, eum convincere poterit Butyrum absque Sublimati additione paratum, id quod variis modis fieri poteſt: vel enim ex Antimonii, Vitrioli Goslar. ad albed. calcin. & Sal. comm. decrep. p. æq. fit: vel ex Vitriolo atque Sale Spiritus prius elicitur & ex hujus atque Antimoni part. anaticis Butyrum deſtillatur: vel eadem Antimonii deſtillatio cum Aqua Forti inſtituitur, de quibus vid. *Rolf. Diſſert. Chim. V. Cap.* 20. *pag.* 33. *Charas Pharm. Reg. p.* 1006. *Collect. Chim. p.* 70. Pulvis hic emeticus interdum colore, parum autem vel nihil viribus differt: ordinarie enim, & quidem ſi ex communi butyro paratur, *albus* eſt: ſi vero in butyri deſtillatione nimio igne Cinnabarinæ particulæ ſimul in vas recipiens propulſæ fuerint, *Flavum* colorem acquiret. Ultimus hic ob cinnabarim admixtam ad Bezoardici Mineralis (de quo infra de Diaph.) confectionem egregie convenit. Uterque pulvis Aqua ſimplici aliquoties edulcorandus eſt, ut particulæ Salinæ, quæ forſan in eo adhuc latere poſſent, abſumantur. Aquæ hæ cum illa quacum præcipitatus eſt, conſtituunt *Spirituum Vitrioli Philoſophicum*, egregii in multis morbis uſus, ſi ſcil. nimia aquoſitas abſtrahitur vel evaporatur. *Angelo Salæ* emeticum hocce in frequenti fuit uſu, ſed ut id occultaret, colore rubro tinctum exhibuit: unde maximè inter Chimicos diſceptatum fuit, à quanam re color hicce dependeat: quidam cum *Ettmüll. T.* 1. *p.* 1082. colorem rubicundum ab urina calida, quam Aquæ ſimplici, præcipitationi communiter inſervienti, ſubſtituerunt, deduxerunt, ſed fruſtra ab urina colorem rubrum expectari demonſtrat *Langius Oper. Part.* 1. *p.* 658. alii cum Auth. N. Santalo colorem acceptum referunt: alii Cinnabarim Butyro admiſcent & hinc Roſam Mineralem expectant: alii hæmatite addito colorem rubrum Mercurio Vitæ conciliare ſtudent. de quo vid. *Collect. Chim. p.* 71. *Conf. Lang. l. c.* Sed, quicquid ſit de colore

ſuper noſtrorum præparationi ex parte inconvenientior ; (g) *Regulus* denique *in Globulos deglutiendos fuſus* Empiricorum fere, inæqualis inſuper operationis & faſtidioſus ſit : ex adverſo vero cum (h) *Crocus Metallorum* tantum *Vulgaris* (citra ſuperſtitioſam in hu-

COMMENTARIUS.

colore hocce, exinde Mercurius vix mitior redditur, idemque color, ſi quis eo delectatur, Tartaro emetico vel Mercurio dulci, variis tingentibus, communicari poterit. Rectius itaque pro Bezoardici Mineralis confectione aſſervatur, quam ad Catharſin excitandam exhibetur, nimis enim violentus eſt. De uſu ejus atque cautelis obſervandis vid. *Unzer. Tract. Med. Chim. p.* 737.

(g) *Regulus*) eſt purior Antimonii pars, mediante Nitro Tartaro aliisque additis à Scoriis atque Sulphure externo liberata. Eſt autem vel *ſimplex*, quando ex ſolo Antimonio cum Nitro paratur : vel *compoſitus*, quando alia Metalla adduntur, unde Regulus Antimonii *Solaris*, *Jovialis*, *Martialis &c.* qui omnes uti ſimplex emetici ſunt. In Regulo probè depurato & inpr. in Martiali non raro Stella egregie ſplendens obſervatur, quem materiam Lapidis Philoſophici multi Chimicorum olim credidere, eaque viſa non ſecus gaviſi ſunt, ac olim Magi ſtellam Novi Regis videntes : deduxerunt autem hanc ſtellam ab influxu Martis benigno, hinc certas cœli conſtellationes expectaverunt: ſed quam ridicula hæc eorum ſit opinio demonſtrat *Lemery Chim. p.* 273. *Lang. l. c.* 651. hodie enim levi negotio Regulus talis ſtellatus obtineri poteſt. Regulus hicce vel per noctem infunditur in Vini albi Unc. ij. vel exinde cum Stanno Anglico fiunt pocula vomitoria, quibus vinum infunditur & mane bibitur : vel in globulos funditur, quos alii, quia pluribus vicibus aſſumi poſſunt, *Pilulas perpetuas* vocant. Tales quoque *Boyle* paravit & mira circa ea ſe obſervaſſe aſſerit de *Gemmar. Orig. & Virt. Sect.* 11. *p. m.* 35. An aliquid decedat hiſce pilulis? vid. apud *Lemery Chim. p.* 264. Sed pilulis hiſce commode carere poſſumus, quoniam non ſolum ſordidum ſunt remedium; (quis enim id quod ſemel ſordida ani clauſtra pertranſiit absque nauſea denuò deglutiret?) ſed inæqualis quoque ſunt operationis, pro majori enim vel minori humorum aciditate magis vel minus virtutis extrahitur, & ſic modo fortior, modo remiſſior eſt operatio.

(h) *Crocus Metallorum*) Crocus vocatur ob colorem quo crocum æmulatur : cognomen autem Metallorum exindè eſt, quod Chymici putent

COMMENTARIUS.

tent in Antimonio latere materiam primam ſive primum ens Metallorum. Vocatur quoque Hepar Antimonii ob colorem : quamvis nomen hocce potius ab aliis Maſſæ poſt detonationem relictæ integræ aut à Scoriis ſeparatæ tribuatur : Croci autem nomen pulveri ſubtiliori, poſt coctionem & filtrationem in filtro relicto, aut poſt coctionem per acetum affuſum præcipitato reſervetur. Differentia hic occurrit notabilis inter Crocum Metallorum Paracelſi atque Vulgarem Rulandi & Quercetani; hic enim ex Antimonio cum Salibus paratus emeticus : ille autem ex Antimonio, Sole, Marte atque Venere confectus, vi gaudet confortativa. vid. *Wedel. Pharm. Acroam. p.* 293. *Hoffmann. Clav. p.* 299. *Ettmüll. l. a.* Dubia tamen adhuc eſt præparatio Croci Metallorum Rulandi, cum enim hic in Centuriis ſuis Crocum ex Terra Sancta ſe paraſſe innuat, anxiè hucusque in naturam atque præparationem hujus Terræ atque Croci inquiſiverunt : quidam Terram Sanctam atque Crocum Vulgarem parum vel nihil differre aſſerunt : aliis Calx Antimonii Terræ hujus nomine venit, vid. *Rolf. Chim. p.* 376. alii Regulum rubrum ex Antimonii, Nitri atque Salis decrepit. p. æq. paratum verum Rulandi Crocum eſſe contendunt. Sed, quicquid ſit de hac contentione, nos contenti eſſe poſſumus Croco Vulgari ex Antimonio & Nitro parato, cujus deſcriptio optima videtur, quæ habetur *Pharm. Aug. p.* 331. nec opus eſt ut Nitro cum *Baſilio* Tartarum ſubſtituamus, aut eum vel Sal comm. Nitro addamus, vel ad meliorem atque majorem fixationem atque correctionem cum *Mynſichto Armam. Chim. p.* 12. Salis Abſinthii, aut cum aliis Nitri fixi, vel Arcani duplicati, aliorumque cariorum æquale pondus Antimonio admiſceamus : Nitrum enim ad deflagrationem Sulphuris externi Antimonialis ſufficiens eſt, internumque Sulphur admodum ligat : præterea Nitrum Antimoniatum ſive fixum ſimul obtineri poteſt : quando ſcil. Aquæ in quibus Crocus coctus & edulcoratus fuit, ad pelliculæ apparentiam evaporantur, in loco frigido Cryſtalli concreſcunt, quæ ex lotionibus Croci cum Tartaro parati minimè haberi poſſunt. Varias alias Authorum enchireſes ſilentio prætерimus, quia in omnibus ferè Chymicorum libris occurunt. Uſus hujus Croci eſt vel internus vel externus : internè in ſubſtantia nunquam dandus eſt ob ſummam ejus violentiam: mirari hinc non ſatis poſſum audaciam eorum, qui in Bolis eum ægris exhibent, quos tamen ſi ſaperent, funeſtus exitus cautiores reddere & erroris convincere poſſet. Infunditur

jus vel illius Authoris aut *Terræ Sanctæ* inquiſitionem) cum ſolo Nitro absque Sale communi , imo (cum Sulphurearum particularum ſat hic pro deflagratione reperiatur) ſine Tartaro quoque in neglectiori crucibulo , vel pro ſalvando cliſſiformi ſpiritu in Retorta perforatâ confectus, (dimiſſa inſuper Alcali Abſinthiaci, Nitri ſeorſim prius fixati vel Arcani duplicati, aliorumque curioſius huc requiſitorum perditione) admodum exiſtat parabilis; Florum inſuper & Vitri vices in potioribus Extractionibus , aliisque Chimicis laboribus commodè ſuppleat ; cum porro per (appropriatum hic fere) Nitrum aliquanto penè ſit circuratior, Ophthalmicis aliisque Chirurgicis Topicis haud inutilis; & nitrum fixum præterea quaſi gratis ſuppeditet ; forſitan proinde non immerito Hepar illud ante dictis in tantum præferimus , & ſyllogi noſtræ inſerimus, pro unius alteriusve hinc evporiſti quaſi fundamento. Nec enim in ſubſtantia (æque ſat violentum ,) hodiè circumſpectior quisquam dederit : Siquidem nec (i) *Tenerior* ejus *Pulvis* (è Croco

COMMENTARIUS.

ditur hinc communiter in Vino albo & ſic largitur *Vinum Emeticum*, de quo vid. *Lemery Chim. p.* 280. vel exindè paratur pro interno uſu Tartarus Emeticus , Oxyſaccharum aliaque. Externè in Collyriis cum aquis Ophthalmicis convenit : adhibetur quoque in ulceribus malignis atque cacoëthicis, nec raro Clyſteribus, ubi ſcil. fortius ſtimulandum admiſcetur. Inſervit præterea variis Chimicorum laboribus, dum loco Vitri Tincturæ variæ exinde fieri, aut etiam cum ſpiritus Nitri ſextuplo in Bezoardicum Minerale redigi poteſt. Alia atque diverſa ab hâc occurrit Croci præparatio apud *Ettmüll. l. c.* ſola Antimonii cum Salis Tartari vel Nitri fixi coctione, cujus Author eſt Locatellus.

(i) *Tenerior pulvis)* Crocus hic ſubtilior, qui à quibusdam Magiſterium Croci Metallorum vocatur, fit, quando Aquæ , in qua Hepar Antimonii coctum fuit , inſpergitur acetum aut alius quidam liquor acidus , ſic, præcipitatur pulvis crocei coloris. Sed nec hic adeo mitis eſt , vomitum enim excitat , alvumque movet, qui mitior tamen aliquo modo fit, ſi in Spiritu Vini maceratur. vid. *Schrœd. L.* III. *p.* 417.

(l) *Sul-*

poſt detonationem ſtatim cocto, per acida præcipitatus) nec crudiora prioraque poſt præcipitationem Antimonii (l) *Sulphura* adeo ſunt ſedentaria; ſed ſi ſubjecta quædam competentia decenter imbuuntur ejus ſeu teneriori, & inſtar Aloës, (ſub exiguâ quantitate nihilominus ſemet exerente) ſubſtantia, ſeu (quod de integri Viri infuſis quis crederet) aliqua tantum (m) irradiatione, & peculiari hinc particularum adſumpti Liquoris aut Pulveris diſpoſitione; remedia hinc pro everrendo ſtomacho ſufficientiſſima, ſecuriora tamen & ſat, ceu decet mitificata, paſſim prodiiſſe hactenus, nemo nunc neſcit.

COMMENTARIUS:

(l) *Sulphura*) eodem modo per acida ex aqua, qua Crocus Metallorum ſuedulcoratus fuit, præcipitantur. Sed & hæc, licet puriora videantur, quia à Regulino conſortio non ſunt immunia, non raro vomitum excitant, alias autem diaphoretica ſunt: de quibus infra de *Diaph. Miner. §. 6.*

(m) *Irradiatione*) Carpit h.l. Author noſter Helmontium ejusque aſſeclas, qui medicamenta quædam absque ullo materiali contactu ſolâ irradiatione & nudo quaſi aſpectu, retentis priſtinis proprietatibus & pondere, in corpus agere contendunt, de quo videri poteſt *Helmont. Tract. Herb. Verb. & Lapid. Oper. p. 545.* Sed, quamvis eis Mercurialia atque Antimonialia medicamenta, absque notabili ponderis & efficaciæ decremento liquoribus infuſa, favere videantur: nihilominus tamen turpiter falluntur, quia 1. concipi nequit, quomodo corpus naturale absque ullo contactu corporali alterationem ſenſibilem ab alio ſuſcipere queat. 2. quia dantur quædam medicamenta quæ infinitæ quaſi ſunt virtutis, & ſub minima doſi admodum ſunt efficacia, ad quæ Mercurialia atque Antimonialia merito referuntur: unde 3. bilancibus communibus, è loco minus ſtabili aut manu tremula pendentibus ſubtiliſſimarum iſtarum atomorum defectus exacte deprehendi nequit; cui 4. accedit, quod (licet nullum ponderis decrementum ſentiatur ſenſibile) liquoris particulæ in infuſi corporis poros ſe inſinuantes, abraſarum particularum pondus ſuppleant: quibus 5. addendum, quod medicamenta hæc pluribus vicibus infuſa notabile virium decrementum patiantur. quâ de re inpr. videri poteſt *Boyle de Mira ſubtilitate Effluviorum Cap. V. Pechlinus de Purgant. Cap. VI. p. 75. Ettmüll. T. 1. p. 265. Lemery Chym. p. 282.*

TARTARUS EMETICUS §. 4. Atque ut è talium indefinita ferè congerie ſcopo noſtro convenientia quædam producamus; ſi (quoad ſiccam quidem formam) (a) *Tartari emetici* Abſinthiaci imitamento quispiam, (ceu alibi quoque circa elegans iſtud remediique genus notavimus,) *Crocum hunc Metallorum pro more edulcatum, cum ana Tartari depurati vel purioris in decuplo vel duodecuplo Aquæ ſimplicis calidæ per triduum in loco calido infuderit, ſæpius agitarit totum, & poſtmodum (ad Tartari quaſi diſſolutionem) coquendo calidè filtrarit, filtratumque liquorem ad dimidium exhalarit, intra* 24. *horas cryſtallos haud inelegantes colliget*, à grano uno ad tria quatuorve, duriſſimis alicubi ad quinque vel ſex feliciſſimè ſecuriſſimeque expedientes, quod ex aliis omnibus (variè paratis aut correctis)

COMMENTARIUS.

(a) *Tartarus emeticus*) hic licet diverſis præparetur modis, dùm modo ex floribus Antimonii albis, absque additione paratis, & Cryſtallis Tartari, modo ex Vitro & Cryſtallis, de quibus vid. *Lemery Chym. p.* 583. & 586. *Conf. Wedel. A. M. M. p.* 310. modo ex Vitro & Nitro paratur juxta *Collect. Chim. Leid p.* 446. optime tamen & conſultius ex Croco quam ex aliis fit, quoniam Sulphur in hoc magis quam in Vitro eſt expanſum, & ſic eò facilius Tartaro communicari poteſt. Non autem eſt opus, ut Crocus hic abſinthiacus ex præſcripto *Mynſichti* fiat, charior enim hic eſt, & ſufficere communis poteſt. Ratione proportionis communiter Croci atque Cryſtallorum partes anaticæ ſumuntur, alii verò ex Croci p. j. Cryſtallorum autem p. IV. Tartarum hunc præparant, de quo *Lemery p.* 381. qui ultimus tamen ſemper majori doſi præſcribendus eſt. Tartarus autem huic præparationi maxime conveniens eſt, quoniam non ſolum expandit & corrigit acore ſuo, ſed etiam intro ſumptus optime abſtergit atque incidit, hinc optimè convenit ubi cruditates viſcidæ peccant. Particulas Antimoniales quæ Tartaro communicantur minutiſſimas eſſe, exinde liquet, quod Cryſtalli, licet Croci particulas in ſe contineant, nihilominus priſtinam diaphaneitatem retineant, & reſidua in filtro Croci pars vires maximè emeticas retineat, ita quidem ut aliquid Tartari Cryſtallis communicatum eſſe vix obſervari queat. Modus utendi eſt vel in forma ſicca vel liquida, in Pulvere ſc. Bolo & Mixturis; ubi tamen notandum in liquo-

re

Pulveribus emeticis antiquioribus aut recentioribus ſperari poterit. Nam (quo ſecundum propoſitum noſtrum ea inter ſe & cum Tartaro hoc conferamus) tædioſum illud (b) *Vitrum cum Aceto deſtillato vel Spiritu Sulphuris correctum*, (in ſe utplurimum hinc humidiuſculum) item (c) *Regulinum*, & (d) *Mercurius Vitæ Regulinus vel cum Sale communi tritus* (Hydropicis plerumque per traditiones ſal-

COMMENTARIUS.

re frigido non ſolvi Tartarum huncce, ſed ſemper calidum requiri liquorem: qui verò in quovis vehiculo ſolubilem Tartarum deſiderat, procedat juxta modum à *Lemery l. c. p.* 584. & *Traite de l' Antimoine p.* 585. deſcriptum. Cautelas in Tartari emetici uſu obſervandas optime tradit *Mynſicht. Arm. Chim. p.* 15. *Conf. Wedel. l. a.*

(b) *Vitrum correctum*) cum Vitrum ſit admodum violentum emeticum, ita ut in ſubſtantia prorſus exhiberi nequeat, & infuſa ex eo parata immanes nonnunquam excitent vomitus, de correctione ejus non immerito cogitarunt Chimici; cumque acida vegetabilium purgantium vim maximè infringant, iisdem correctionem quoque Mineralium tentaverunt. Quatuor tales correctiones occurrunt apud *Schrœd. L. III. p.* 416. prima fit cum Aceto deſtillato, quo vitrum aliquoties impraegnatur & exſiccatur: Secunda mediante Spiritu Salis peragitur: Tertia vero, quando Vitrum in oleo Tartari p. d. ſolvitur, ſolutioni deinde inſtillatur Spir. Vitrioli, ut Cryſtalli concreſcant. Quarta autem eſt, quando juxta *p.* 414. Spiritu Sulphuris, Vitrioli, vel aceto proprio vitrum tamdiu impraegnant, donec evaneſcente purpureo colore albicans evadat. Ultimum hocce Vitrum vim emeticam deponere vult *Schrœderus*, rectè tamen id negat *Hoffm. Clav. p.* 296. & uſum ejus in ſubſtantia prohibet. *Rolf. Chim. p.* 407. & *Diſſ. Chim. V. p.* 18. ex *Quercet.* Vitri pulveriſati inſolationem ad aliquot ſeptimanas ut & coctioni in Vino Malo correctiorus gratia commendat. *Charas Ph. R. p.* 992. Vitrum cum Nitro ſuper prophyrite tritum in crucibulo calcinat & edulcorat. Aliam correctionem vid. in *Kerkring. Comment. ad Curr. Triumph. Antim. p.* 143.

(c) *Regulinum*) hoc eodem modo ac commune ex Regulo Antimonii paratur: uti autem communi aliquo modo purius atque elegantius eſt, ita mitius quoque creditur à *Schrœdero l. c. p.* 415. & *Ang. Sala Oper. p.* 231.

(d) *Mercurius Vitæ Regulinus*) Nonnulli, ut Mercurium vitæ candidiorem atque puriorem ex Antimonii butyro obtinerent, Antimonio crudo regulum

 ejus

tem tantopere commendatus) *aut Aceto deſtillato imprægnatus*, (e) *Flores* porro *cum Sale* ſimiliter *triti*, aut *diuturniori digeſtione* aliquantum *mitificati*, (f) *Pulvis è Spiritu Salis (Vitro vel Croco Metallorum probe ſaturato) per aquam ſimplicem præcipitatus*, & parum à Mercurio vitæ ſic differens, item *conſimilis ex Aqua Regis (Antimonio vel Regulo ejus imprægnata) parili ratione peſſundatus,&c.* paſ-

COMMENTARIUS.

ejus ſubſtituerunt & ex hoc cum Merc. ſubl. butyrum deſtillarunt. Sed cum & hic pariter atque communis maximæ obſervetur violentiæ, variis modis eum corrigere ſategerunt: hunc in finem quidam longâ digeſtione ad rubedinem usque eum in igne arenæ foverunt, ſpiritumque vini deinde ſæpius ab eo abſtraxerunt: alii vero cum ſale communi aliquoties diutiusque triverunt, poſteaque aqua ſimplici edulcorarunt. de quibus vid. *Schrœd. L. III. p.* 403. Sali communi crudo *Hoffm. Clav. p.*281. decrepitatum ſubſtituit. Conf. *Zwelff. Mantiſſ. Spagir. p. m.* 522. Sal Tartari loco communis eligit. *Rolf. Diſſ. Chim. V. p.* 35. porrò alii Nitro in crucibulo fuſo ſenſim Mercurium vitæ injiciunt & baculo agitant. vid. *Schrœd. Hoffm. Rolf.* l.a. Conf. *Collect. Chim. Leid. p.* 77. ubi præter haſce duæ adhuc aliæ occurrunt correctiones, quarum altera *p.* 76. deſcripta, fuſione Mercurii Vitæ cum Sale communi decrepitato atque Nitro peragitur, altera verò *p.*74. occurrens, Sale Glauberi Mirabili inſtituitur. *Mynſicht. Armam. Chim. p.* 19. Mercurium Vitæ prius cum Borrace redigit in Vitrum, cui minutiſſimè trito, acetum deſtillatum, ſpiritu Nitri probè imprægnatum, affundit. de hiſce correctionibus vid. quoque *Ettmüll. T. I. p.* 868.

(e) *Flores*) quia flores quoque admodum draſtici ſunt, in ſubſtantia absque correctione exhiberi nequeunt. Præter duas autem haſce correctiones, quarum prima cum Sale com. altera vèro per aliquot Menſium digeſtionem inſtituitur, duæ adhuc aliæ occurrunt apud *Schrœd. l. a. p.* 424. vel enim flores cum Sale Tartari, Aceto deſtillato imprægnato, (quod communiter Terra foliata Tartari vocatur) vi ignis funduntur in Maſſam rubram, cui pulveriſatæ Spir. Vini aromatiſatus affunditur, additis Perlarum ac Coralliorum ſalibus vel magiſteriis, & Spir. Vini ad ſiccitatem abſtrahitur: vel circulantur per Menſem cum Spir. Vini mellito. Conf. *Hoffm. Clav. p.* 513. *Ettmüll. l. a. p.* 885.

(f) *Pulvis è Spiritu Salis*) Vitrum ſcil. aliquandiu digeritur in Spir. Salis, ut hic probè imprægnetur, cui decantato

ſim & in plerisque vehementiora obſervantur. Præter omnem verò neceſſitatem operoſiora carioraque, nec tamen mitiora ſunt (g) *Antimonium crudum Aceto proprio* (parciſſimo illo,) *rubificatum*, (h) *Vitrum* (ob auri aliquantulum) *Solare*, *Pulvis è Butyro Antimonii* (i) *per Nitrum in aliqua calida* (quantum hæc ferre poterit) *ſolutum*, (alias haud ineleganter) *præcipitatus*, & qui

COMMENTARIUS.

tato affunditur Aqua ſimplex & ſic pulvis præcipitatur ad fundum. vid. *Schrœd. l. a. p.* 416. paulo aliter hanc correctionem proponit *Ettmüll. T. I. p.* 878. macerat ſcil. per 24. hor. Vitri Antim. p. j. in Spir. Salis p. IV. hinc deſtillat & ex liquore butyroſo mediante aqua ſimplici præcipitat pulverem album. *Conſ. Rolſ. Diſſert. V. p.* 26. Cum pulvere hocce conveniunt & illi à *Schrœdero l. a. p.* 422. ſub titulo *Antimonii Rubei fixi*, *Præcipitati Vitri & Præcipitati Reguli Martis* deſcripti, quando ſcil. Antim. crud. ejus Vitrum aut Regulus in Aqua Regia aliisque Spiritibus ſolvuntur & hinc aqua ſimplici præcipitantur.

(g) *Aceto proprio rubificatum*) fuerunt quidam Chymicorum qui aceto proprio Antimonium crudum macerarunt, inducti forſan à *Baſilio Valentino*, qui *Curr. Triumph. p. m.* 51. Antimonium aceto proprio præparandum eſſe ait; aceta enim, ſive Spiritum Aceti ſolida reddere omnia medicamenta, tam Mineralium quam Vegetabilium, ita ut res fixas apprehendere, & morbos fixos depellere queant. Modum acetum eliciendi tradit *Baſilius Valent. l. a. p.* 288. ubi obſervandæ ſunt enchiriſes à *Kerkringio* notatæ. An autem juxta hunc p. 42. ſi millies acetum ex Antimonio extrahatur, id millies novum largiatur; an vero ex mente *Becheri Phyſ. Subterr. p.* 431. Sulpure phlogiſto combuſto, ac minera ſemel liquefacta, nullum acetum amplius prodeat, determinare non audeo.

(h) *Vitrum Solare*) paratur ex Auri p. j. & Antimonii p. XVI. quæ ſimul funduntur, hinc pulveriſata calcinantur ad inſtar Antimonii crudi. *vid. Schrœd. p.* 415. *Hoffmannus Clav. p.* 298. ad meliorem Vitri purificationem, in Crucibulo poſt calcinationem fuſis addit unam vel alteram particulam Sulphuris. *Barckhauſ. in Pyroſophia p.* 209. Antimonio crudo Regulum ejus ſubſtituit.

(i) *Per Nitrum*) loco aquæ communis quidam correctionis gratia aqua, particulis Nitri copioſis imprægnata, Mercurium Vitæ è Butyro præcipitant. Quo etiam ille Mercurium Vitæ præparandi modus referri meretur,

negotioſius adhuc ex (l) *Electricis quibusdam Mixturis* inſtar ſolitarii Antimonii cum Sublimato deſtillatis, ad modum Mercurii Vitæ petitur. In (m) *Laxativo Minerali*, ſeu Mercurio Vitæ, vel etiam (n) Vitro Antimonii cum Nitro aliquantiſper (pro aliquali cicuratione) liquato, vel uti loquuntur (quamvis ægre

COMMENTARIUS.

quando Butyro Antimonii inſtillatur oleum Tartari per deliq. ſic oritur effervefcentia, qua ceſſante præcipitatur pulvis blande vomitum movens & per ſeceſſum maximam partem purgans, de quo vid. *Barckhauſen l. a. p.* 220. *Ettmüll. T.* 1. *p.* 869. Mitior adhuc redditur, ſi ulterius Spiritus Vini deflagratione corrigitur vid. *Ettmüll. p.* 1083.

(l) *Electricis Mixturis*) Electrum Chymicis eſt Mixtura Metallorum in crucibulo fuſorum, ut inde Metallum quaſi Compoſitum oriatur: eſtque vel *minus* quando unicum vel alterum Metallum cum Antimonio aut ejus Regulo, additis Tartaro vel Salibus funditur in unam Maſſam, uti id contingit in Regulo Martiali, Joviali, Lunari &c. vel *majus*, quando ſeptem Metalla cum Antimonio & Salibus in unam Maſſam rediguntur. Ex hiſce itaque Electricis-Mixturis nonnulli cum ſublimati p. æq. Butyrum ad inſtar communis parant, ut Mercurii Vitæ & Bezoardici Mineralis præparationi inſerviat; aut etiam Electrum tale cum æquali Nitri portione calcinatum & aqua ſimplici edulcoratum ad gr. IV. V. in ſubſtantia exhibent. vid. *Rolf. Diſſ. V. p.* 24. Butyra ex variis Electris deſtillata, uti & variæ pulveris Algarothi ex hiſce præparationes apud *Lemery Traité de l'Antimoine p.* 268. *& ſeq.* occurrunt.

(m) *Laxativo Minerali*) nil aliud eſt quam Mercurius vitæ beneficio Nitri correctus: Sed hic, ſi ullibi, maxima cautela opus eſt; nam non ſolum ratione Nitri, ſed etiam ratione gradus ignis facillime iners redditur, aut diaphoreticam acquirit naturam. Si enim major Nitri copia additur, Antimonii Sulphur nimis ligatur, & ſic diaphoreticum evadit, ſin minor emeticum manet: & licet juſta Nitri atque Antimonii doſis recipiatur, ignis tamen gradus auctior vel remiſſior ſæpius in cauſa eſt, ut vel diaphoreſin vel vomitum excitet. vid. *Schrœd. l. a. p.* 403.

(n) *Vitro*) *Zwelfferus Append. ad Animadv. p.* 107. ita corrigit Vitrum, Unciis ejus XII. Nitri puriſſimi Unc. iiiſs. addens & in crucibulum candentem ſucceſſive ingeſtam materiam calcinans

invicem accendantur) detonato, lapſus exercitatis etiam eſt perfacilis, ut poſt leviculam ſæpè moram intenſioremve fuſionem deſes hinc exeat, cum incertiori diffuſiorique doſi; æque ac in (reſpective hic ingratiori) quovis *(o) Tartaro Vitriolato Emetico.* Cum denique ſupradictus Tartarus in ſe ſat efficax ſufficiensque, nec in tantilla doſi ullatenus ſit adverſior, aut, ſi quidem neceſſe omnino fuerit, ex tempore domeſticis quoque pulpis, conſervis, paſſulis &c. includi vel occultari queat, non videmus cur amplius inſuper (p) *Electuaria Antimonialia, Antifebrilia &c.* plerumque ſatis adhuc cruda & violenta, vel (q) *Pilulæ* Trochiſcique Diamargariti Vomitorii cum conſimilibus variationibus exigantur; aut Mercurius Vitæ ſimplex vel cum Sale levigatus, aut Laxativum illud Minerale in (r) *Confectiones Aniſatas vel Citratas conſimiles-*

COMMENTARIUS.

cinans. Sed quia particulæ Sulphureæ in Vitri præparatione maximam partem abſumptæ ſunt, detonatio cum Nitro ægre procedit. Ad eundem fere modum præparatur ejusdem Tartarus emeticus atque Cremor Tartari purgantes. *l. c. p.* 109. *&* 110.

(o) *Tartaro Vitriolato*) hic fit, quando Oleo Tartari p. d. Antimonialibus particulis imprægnato, aut vitro oleo dicto ſoluto, inſtillatur Spir. Vitrioli, ad ſaturationis punctum, ſic concreſcunt Cryſtalli Vomitorii. vid. *Schrœd. p.* 416. cum hoc quoad fundamentum conveniunt Tartari duo Vitriolati Emetici *Zwelfferi Mantiſſ. Spagir. p.* 579. deſcripti, quorum alter ex Vitro, Sale Tartari atque Spiritu Vitrioli; alter vero ex floribus Antimonii Cryſtallis & Sale Tartari cum Spiritu Vitrioli parantur: Huc etiam aliquo modo pertinet Tartarus Antimoniatus ejusdem. *l. c. p.* 573.

(p) *Electuaria*) quale eſt *Crollii, Baſil. Chim. p. m.* 134. deſcriptum, quod Vitri aceto deſtillato correcti Unc. ij. ingrediuntur: pertinet huc parum à Crolliano differens Electuarium *Grülingii Florileg. Chym. p.* 80.

(q) *Pilulæ*) hujus generis ſunt *Pilulæ Antimoniales ſive Febriles Hartmanni* ex Vitro: *Pilulæ ad Quartanam Sennerti* ex oleo Antimonii Saccharato & aloë: de quibus *Schrœd. L.* 11. *p.* 248. *&* 249. ut & *Hydragogæ Mynſ. Armam. p.* 148. ex Draſticis Vegetabilibus Turpetho Minerali atque Croco Metallorum Abſinthiaco compoſitæ.

(r) *Confectiones*) harum deſcriptiones occurrunt ap. *Zwelff. Pharm. Reg. p.* 82. *&*

ve Rotulas ſeorſim (ſæpè non ſine inæqualis mixturæ ſuſpicione) fallendi cauſa redigi debeat. Ita quoque ſi placuerit , mediocris Tartari iſtius doſis , granis ſex vel octo Jalapii , pulveriſve noſtri Laxativi facillimo negotio , quandocunque quidem libuerit , permiſcetur : ut nec *Pulveres Emeticos* vel (s) *Antimoniatos Catharticos* (è vegetabilibus purgantibus & abſtergentibus inſuper compoſitos) actu atque ſeorſim proſtare opus ſit.

COMMENTARIUS.

82. & 83. ſuntque *Confectio Aniſi Solutiva Emetica* , quam Mercurius Vitæ ingreditur : & *Confectio Emetica Citrata* cujus baſis eſt Tartarus Antimoniatus Purgans , *Append. ad Animadv. p.* 109. deſcriptus. Huc pertinent Rotulæ purgantes & emeticæ, quarum baſin Mercurius Vitæ atque Mechoacanna conſtituunt : ut & Rotulæ ex Mercurio Vitæ Sale communi atque Nitro levigato vel correcto paratæ. *Ph. Reg. p.* 84. 85.

(s) *Antimoniatos Catharticos*) quorum inventor *Zvvelfferus* , deſcriptio eorum reperitur *Pharm. Reg. p.* 136. & 137. Sub Titulis Pulveris Cathartici Antimonialis primi & Secundi, cujus prioris baſis ſcammonium Sulphuratum,atque Antimonium,per trinam detonationem cum tertia ſemper Nitri parte inſtitutam , præparatum: poſterioris vero, Tartarus Vitriolatus *Mantiſſ. Spagir.* 578. & 579. deſcriptus

Sed quod omnia hactenus poſt Tartarum emeticum recenſita Cathartica Antimonialia attinet , vix illa tanti momenti ſunt , licet ſpecioſa admodum ſuis viſa fuerint inventoribus, ut Tartaro noſtro palmam reddere dubiam queant , præſertim cum ſelectui noſtro, qui omnia draſtica , difficulter parabilia,cariora & quæ incertioris doſis ſunt excludit, hic admodum conveniens ſit, unde eo ipſo maxima ſtatim eorum pars cadit. Vitrum enim licet aliquo modo affuſo aceto aut Spiritibus acidis cicur reddi videatur , nihilominus tamen draſticum ſatis manet,inpr. ſi, uti quibusdam placet , in ſubſtantia detur ; redditur præterea hinc humidiuſculum , ut minus commodè aſſervari aut omnibus formulis admiſceri queat : idem fatum manet Vitrum Regulinum , quod quamvis à Sulphure craſſiore magis depuratum , & ſic aliquo modo mitius ſit , violentia tamen cum aliis Vitris correctis , Tartarum emeticum longè ſuperat. Ita quoque Mercurius Vitæ Regulinus communi vix mitior eſt , etiamſi Sale communi diutius teratur , aut lævigetur , non enim concipi poteſt, qualem mutationem particulæ Salinæ inducere aut quomodo eum corrigere

queant,

COMMENTARIUS.

queant, cum poſtmodum omnia ſummo ſtudio iterum eluantur: nec etiam aceto deſtillato tanta vis ineſt, ut eum Tartaro mitiorem atque tutiorem reddere queat: idem judicium eſto de floribus cum Sale tritis aut digeſtione tædioſa mitificatis. Nec opus eſt, ut, cum Vitæ Mercurium non admittat ſelectus noſter, cum eo coincidentia & convenientia in uſum trahamus, quales ſunt pulveres è Spiritu Salis aut Aqua Regia, particulis Antimonialibus imprægnatâ, præcipitati: Butyrum enim nil niſi compoſitum ex particulis Antimonialibus Metallicis atque Corroſivi Salibus eſt, quæ ultimæ priores ligant: Si itaque Antimonium, Regulus, Vitrum aut Crocus in Spiritibus hiſce acidis Salinis ſolvuntur, particulæ eorum corroſæ à Salinis ita detinentur, ut hinc Species quaſi quædam butyri emergat, quæ ſi poſtmodum à Salinis per aquam affuſam liberantur, præcipitatum quoddam à Mercurio Vitæ parum vel nihil differens conſtituunt. Data igitur opera tædia laborum quærunt, qui ita anxiè draſtica hæcce medicamenta corrigere ſatagunt, cum tamen Tartarus emeticus per Tartari Cryſtallos optimè correctus ſit. Quis autem porro in tanta Tartari emetici parabilitate Acetum parciſſimum atque tædioſiſſimum maximis ſumptibus atque laboribus eliceret & Antimonium crudum eo rubificaret? prodigus ſane ſit oportet; qui id tentat; Dominus enim *Lemery* ex Antimonii Unc. XXIV. quinque tantum Aceti Drachmas cum ſemiſſe obtinuit: & accuratè id examinans, nil niſi phlegma paucis particulis Sulphureis imprægnatum eſſe deprehendit, cujus odor, ſucceſſu temporis exhalantibus particulis Sulphureis, facillime periit. vid. *ejus Traité de l'Antim. p.* 70. Certum equidem eſt acida aliquo modo recludere Antimonium, vimque Emeticam ei conciliare, id tamen longè minoribus ſumptibus & laboribus ſolo aceto communi aut deſtillato peragi poſſet: qui verò in hac præparatione altius aut ſublimius quid quærunt, iis Antimonium hocce modo præparatum lubentiſſimè linquimus, Tartaroque noſtro contenti ſumus. Nec hinc ulla etiam neceſſitas requirit, ut ſordida ani clauſtra clavi reſeremus aurea: qui verò vim cordialem, nondum adeò probatam, in auro quærunt, habeant ſibi Vitrum Solare ad Tincturam diaphoreticam atque cordialem indè parandam. Ita quoque Pulvis è Butyro per aquam Nitroſam præcipitatus elegans ſatis eſt: quoniam tamen Nitri hæc diſſolutio & perditio non neceſſaria eſt, (cum ſimplici tantum aqua præcipitatio inſtitui queat) nec etiam præcipitatum pulverem adeò corrigit, ut Tartaro-emetico mitior evadat, merito hunc ei præferimus, pariter ac iſti

VITRIOLUM. §. 5. Multo minus autem in manifeſta ea Antimoniatorum longè acceptiorum ſufficientia Medicus paulo gratioſior deinceps ulterius requiret, abominabilem illam (a) *Gil-*

COMMENTARIUS.

pulveri, qui oleo Tartari per deliquium præcipitatur, Sal enim hocce liquefactum carius eſt, quam ut hoc modo perdatur, rectiusque hinc aliis uſibus deſtinatur. Multo minus autem opus eſt, ut maximis ſumptibus Electra & ex hiſce Butyrum, Mercurium Vitæ aliaque paremus, parum enim vel nihil Butyro à Metallis hisce, ſive nobiliora ſive ignobiliora ea ſint, communicatur, uti id accuratiſſimus Antimonii inveſtigator *Lemery Traité de l'Antimoine p. 269. & ſeq.* obſervavit; ſed particulæ tantum Antimonii Regulinæ ſive Metallicæ atque Salinæ Mercurii Sublimati coëunt: quid E. opus eſt ſeptem Planetas huc adſciſcere? forſan ut teſtium vice fungantur, & hic deſtillationis actus eo ſolennior reddatur: habeant ſibi Electra ſua arcanorum ſcrutatores, nobisque ad primas vias everrendas & cruditates tollendas, noſtrum relinquant Tartarum. Meritò hinc etiam incertioris doſeos Laxativo Minerali, ut & ingrato ac nauſeoſo Tartaro emetico Vitriolato, Electuariis Antimonialibus draſticis,, Confectionibus, Rotulis, Pulveribus, aliisque hujus farinæ compoſitis præfertur, quoniam omnia quæ ab hujusmodi medicamentis expectantur, in noſtro Tartaro reperiuntur: hic enim omnis generis formulis non ſolum ex tempore admiſceri poteſt, ſed etiam longè conſultius & tutius, quam Vitrum, Mercurius Vitæ, Crocus Metallorum, Flores aliaque vehementiora parum correcta, ante nominatas compoſitiones ingredientia exhibetur.

(a) *Gillam*) nomen hocce à Paracelſo Vomitorio ex Vitriolo Veneris vel Martis parato impoſitum fuit, quale autem nomen ſit & undè originem trahat, nondum conſtat, & *Wedelius A. M. M. p. 296.* Vir uti in Medicina, ita quoque in Critica atque Linguis verſatiſſimus ſe ignorare fatetur. Sed hic Paracelſi mos fuit, qui ſæpius vocabulis barbaris & obſcuris res maximè obvias occultavit. Latè Gillæ nomen omnibus ex Vitriolo paratis Vomitoriis competit: Strictè autem juxta *Crollium Baſil. Chim. p. m.* 119. Cryſtallis Vitrioli Veneris vel Martis, in phlegmate Vitrioli ſolutis proprium eſt. Gilla hæc vocatur alias liquida, cujus doſis eſt à Scrup. j. ad Drachm. ß. Si autem denuo in Cryſtallos redigitur, ſiccam conſtituit Gillam, quæ potiſſimum hujus

lam Veneream (b) *Vitriolum album commune* vel *depuratum*, (c) *Vitriolum Vomitivo purgans*, (d) *Factitium*, (e) *Regeneratum*, aut *benedictam Vomitoriorum Mannam*, (f) *Sal Vitrioli Vulgatius*. Ut enim ultimum (poſt debitas calcinationes ſtiriformiter plerumque nec injucundo ſapore collectum,) haud rarò tamen poſt diuturniorem aſſervationem (ceu nobis aliquando poſt octennium demum accidit,) ſemivitrioleſcens, laborioſiorum Arcanis aliisque Viſitationibus Interiorum Terræ &c. lubentiſſime linquimus: ita quod *Vulgare Sal* ita dictum attinet, non videmus,

COMMENTARIUS.

hujus eſt loci: alias Gillæ Species vid. apud *Schrœd. L. III. p.* 475. de Gilla Paracelſi vid. quoque *Sylv. Oper. p. m.* 103.

(b) *Vitriolum album*) quamvis hoc non niſi depuratum in uſum trahatur, teſtatur tamen *Poterius Oper. p.* 426. Ruſticos in Gallia Narbonenſi in pleuritide, crudo vitriolo albo, uti in officinis habetur, absque ulla præparatione frequenter uti. Inſtituitur autem Vitrioli hujus depuratio, partim ut ſordes & impuritates removeantur, partim ut à Venereis particulis liberetur: prius obtinetur per aliquoties repetitam in Aqua ſimpl. ſolutionem, filtrationem & Cryſtalliſationem de quo vid. *Crollius* & *Schrœder. l. a.* Conf. *Lemery Chym. p.* 412. & *Ettmüll. T.* 1. *p.* 916. ubi alii adhuc depurationis modi occurrunt: poſterius autem, quandò ſolutioni Vitrioli cum aqua calida facta, additur limatura Martis, & continuo agitatur, ſic enim Venus Marti ſe jungit.

(c) *Vomitivo purgans*) eſt nil aliud quam Vitriolum ad albedinem à radiis ſolaribus vel alio calore calcinatum, in aqua ſimplici ſolutum & Cryſtalliſatum. vid. *Schrœd. p.* 476. Cum hoc quoad omnia convenit Vitriolum Rectificatum Purgans *Angeli Salæ p.* 371. niſi quod loco aquæ ſimplicis Aqua Cichorii ad Vitrioli ſolutionem utatur.

(d) *Factitium*) paratur hocce ex Venere vel Marte cum Sulphure. Integrum proceſſum deſcribit ex *Crollii Baſil. Chim. p.* 218. *Ang. Sala Oper. p.* 397.

(e) *Regeneratum*) Operoſum huncce proceſſum deſcribit itidem *Ang. Sala p.* 272.

(f) *Sal Vitrioli*) paratur vel ex ipſo Vitriolo in Crucibulo calcinato, aqua ſimplici ſoluto, & coagulato: vel ex Capite Mortuo Spiritus Vitrioli

cur miſerorum palatum atque ſtomachum Vitriolicis illis (quamvis equidem innoxiis, efficacibus planeque parabilibus) amplius nequicquam adeò vexemus, præſertim cum ſumentium plerosque haud minus quam Antimoniatum quoddam exerceant. Exceſſivæ (g) *Vitrioli Martis factitii* (h) *Lunaris crudioris* (forte tunc mage Venerei,) & in eo nauſeabundi dulcoris exceſſu, ad-

COMMENTARIUS.

trioli eodem modo procedendo. vid. *Schrœd. p.* 486. *Ang. Sala p.* 500. Sal hoc modò citatùs *Angelus Sala* maximis extollit laudibus, idque *Vomitoriorum Mannam* vocat. verba ejus hæc ſunt: *Teſtor Deum & certo cuivis promitto lectori, quod inter medicamenta Vomitoria tam ſimplicia, quam compoſita & quomodocunque præparata ſive Mineralia ſive Vegetabilia, quæ ab aliis adhiberi vidi, vel ipſamet adhibui, nullum obſervaverim magis univerſale, magis interim præ cæteris ad purgandum ſuperfluitates in ſtomacho, corruptosque humores in ipſis tunicis impactos benignum, quam hoc ipſum Sal Vitrioli. adeo ſiquidem tuto, adeo facile operationem perficit ſuam, ut merito jure Manna Vomitoriorum veniat appellanda.* Ob easdem rationes ab aliis *Vomitoriorum Alpha* vocatur.

(g) *Vitrioli Martis*) hoc interdum minori doſi exhibitum vomitum excitat, ubi ſcil. pronitas ad vomendum ſe offert, quod obſervavit *Wedelius de Fac. Med. p.* 159. Conf. ejus *Optolog. p.* 114. ordinariè tamen magis vi aperiente & reſolvente prædi-tum eſt: Si tamen majori doſi exhibetur, ob nauſeam, quam omnia medicamenta & inprimis Venerea excitant, vomitum movet.

(h) *Lunaris*) Vitriolum Lunare ſive Cryſtalli Lunares nil aliud quam Argentum Spiritu Nitri vel alio quodam corroſivo ſolutum, ſunt. Deſcriptionem vid. *apud Lemery Chim. p.* 100. Cryſtalli hæ ſaporis ſunt amari & ad grana aliquot ſumptæ aquas hydropicorum evacuant. Argentum autem huic operi inſerviens puriſſimum eſſe debet, alias Cryſtalli nauſeam maximam & vomitus pariunt: pari modo Spiritus Nitri vel Aqua fortis prius depurari debent antequam adhibeatur diſſolutioni. Ex hiſce Cryſtallis cum ana Nitri, ſeorſim in Aqua quadam deſtillata ſolutis, & denuo Cryſtalliſatis, cum mica panis parum humectata fiunt *Pilulæ Lunares ad Hydropem à Boyle* admodum commendatæ de *Util. Phil. Exper. p.* 194. & 362. ubi variæ adhuc cautelæ in eorum præparatione obſervandæ occurrunt. Conf. *Jüngken Corp. Pharm. P.* 2. *p.* 187.

(i) *Sa-*

huc adverſiores (i) *Saturnini coaguli* doſes curioſorum particularibus Obſervationibus, haud quaquam verò quotidianæ decentiorique Praxi debentur. Nec cur (l) *Æris ſquamma*, vel (m) *Croco*, *è Vitriolo pure Venereo* conſimilive ratione conquiſito &c. naturæ perquam adverſis ac ſemiſtrangulatoriis, ventres turbemus; aut interdum inanes tantum nauſeas cieamus, (cum quoad cachexias quidem Martialia longè commodiora ſint) neceſſitatem aliquam hucusque deprehendimus. Atque hæc de ſiccis.

COMMENTARIUS.

(i) *Saturnini Coaguli*) Vocatur alias Sal & ob ſaporem dulcem Saccharum: eſt nil niſi plumbum ab aceto deſtillato ſolutum, id quod exindè patet quia in plumbum iterum converti poteſt, de quo vid. *Lemery Chim. p.* 135. *&* 142. Sapor hujus quia ob dulcedinem maximè nauſeoſus eſt, interdum in delicatulis vomitum excitat, quamvis id non per ſe, ſed accidens tantum contingat.

(l) *Æris ſquamma*) *eſt* definiente *Pechlino de Purgant. p.* 282. *cocto æri decuſſum in fodinis ramentum.* hanc eodem teſte vel cum aceto tritam aut maceratam, vel aceti potu comitatam exhibebant: ut ſc. ſubitaneâ inter acetum atque ſquammam efferveſcentiâ vomitus feſtinaretur. idem iisdem æris florem & æs uſtum in uſu fuiſſe refert: ſed abſint è Medicamentorum Selectorum cenſu virulenta hæcce remedia.

(m) *Crocus è Vitriolo Veneris*) hic fit ſimplici calcinatione, quando ſc. Vitriolum Veneris, juxta *Crollium* & Ang. *Salam loc. ſupra alleg.* paratum, in Crucibulo igne fortiori calcinatur, ut Spiritus exhalent. vid. *Zvvelff. Adnimadverſ. p.* 549. aut Caput mortuum Spiritus Vitrioli Veneris juxta *Collect. Chim. Leid. p.* 460. edulcoratur & exſiccatur, vel etiam ex mente *Zwelff. Ph. Reg. p.* 484. absque edulcoratione uſui ſervatur.

Verum enimvero quantumvis hæc remedia ſuperioribus temporibus ſuis arriſerint Inventoribus, eorumque aſſeclis, hodie tamen pauci è Gratioſorum Medicorum ſunt numero, qui ea omnia in uſum trahere audeant; non ob ſaporem tantum nauſeoſum, ſed etiam ideo & quidem potiſſimum, quod quædam eorum nimis violenta deprehendantur, quædam autem incertioris ſint doſeos, nec eundem quem Antimonialia, habeant effectum. ita ob ingratiſſimum ſaporem pariter ac ob vim draſticam admodum ſuſpecta ſunt Gilla Venerea,

MERCURIUS. §. 10. In ſilentio proinde ſupplementum hic aliunde tantisper ex pectantes, aliam interea quercum excutiemus;

COMMENTARIUS.

Vitriolum album, Vomitivo purgans, Crocus Vitrioli Veneris, quorum uſum ſæpius vomitio enormis, Ventriculi quaſi inverſio, imo eroſio & tandem mors ſequitur. Regeneratum autem Vitriolum & Sal ex ſpiritus capite mortuo paratum, etſi tanta violentia non agant, ſuis tamen non carent difficultatibus: Regeneratum enim non raro poſt aliqualem aſſervationem ſaporem priſtinum nauſeoſum reaſſumit, quando ſcil. particulæ quædam Vitriolicæ adhuc in eo latitantes, tandem ſucceſſive, ſive ab aëre ſive ab alia cauſa id dependeat, ſe explicant, aliasque in ſui conſortium trahunt: licet autem hoc in ritè præparato non ſemper contingat, conſultius tamen ad prolixitatem laborum evitandam, alia in uſum trahimus, idque pro Unicornu Mineralis præparatione, ſi quis hunc laborem cum *Mynſichto Armam. p.* 1. in ſe ſuſcipere voluerit, reponimus: an autem in hoc juxta alchymiſticum dictum.

Viſitetis Interiora Terræ Rectificando Invenietis Occultum Lapidem Veram Medicinam,

ubi literæ verborum initiales Vitrioli nomen exprimunt, Lapis Philoſophorum lateat, Arcanorum Scrutatores videant. Sal autem Vulgare licet innoxium ſit, & hinc rectè etiam à *Wedelio* contra varias objectiones *Am. M. M. p.* 297. defendatur: vix tamen apparet quomodo hyperbolicæ illæ laudes *Angeli Salæ* ipſi applicari queant, Tartarus enim emeticus ſapore & mole longe acceptior eſt: illud quoque præterea incommodi habet, teſte *Williſio Pharm. Rat. Sect.* 2. *cap.* 3. *Oper. p.* 23. quod, licet tutum ſit, ac tantos ſpasmos inteſtinorum ac alia non excitet, ſegnius & interdum vix omnino operetur, ita ut ſæpius largo potu & faucium cum penna titillatione ad vomitum provocandum opus ſit. Ipſæ quoque Pilulæ Lunares, à *Boyle* adeo laudatæ, ſuis premuntur difficultatibus, quas ipſe quâ eſt ingenuitate, non reticet: nam, ut de acerbiſſimo ſapore nil dicam, doſis earum, quia juxta corporis conſtitutionem & ſecundum ſeri abundantiam operari ſolent, ipſo teſte aliquantisper incerta eſt: imò earum uſum continuatum Levcophlegmatiæ ſpeciem quandam incipientem excipere, à Medico quodam edoctus affirmat. Cæteris tamen Vitriolicis emeticis vel Purgantibus commodè præferuntur.

(a) Mer-

ſitque porro, qui comprobatioribus quidpiam huc contribuat, (a) *Mercurius*: non protinus quidem tantum *Metallicus* ille tædioſus, & plerumque pigrior, ſæpe ſaltem larvatus, & ſubtractione acceſſoriorum, (particulas corporis quaſi diluentium) ad priſtinum minerale rediens: Diaphoreticis intentionibus (ſi legitimus, nec vulgari Mercurio adulteratus fuerit,) ſublimioribusve

COMMENTARIUS.

(a) *Mercurius*) Mercurius qui & *Hydrargyrus* & *Argentum Vivum* vocatur, eſt juxta *Ettmüll. T. I. p. 856. vapor Mineralis unctuoſus, viſcidus craſſus, in terræ poris in liquorem albicantem homogeneum indiviſibilem congelatus.* Mercurius qui in Chymicorum Scholis tractatur triplex eſt: 1. *Vulgaris.* 2. *Corporum.* 3. *Philoſophorum*, quem Materiam Lapidis proximam Alchymiſtæ aſſerunt. *Vulgaris vel* ſub forma fluida effoditur, paucis tantum heterogeneis, facile ab eo ſeparandis, mixtus; *vel* etiam in minera propria ex albo rutilante latitat, ex qua deſtillatione elicitur: *vel* denique cum particulis Sulphureis in terra coiens à calore ſubterraneo in cinnabarin mutatur, ſub qua forma etiam multis in locis eruitur, facillime tamen, additâ cinnabari pulveriſatæ ſufficienti calcis vivæ aut limaturæ Martis quantitate, deſtillatione elici poteſt. *Mercurius Corporum* eſt, qui arte chimica ex Corporibus elicitur: hunc non ſolum in Me tallis, ſed in omnibus Corporibus Vegetabilibus atque Animalibus latere, multi voluerunt, ita refert *Beguinus Tyroc. Chym. L. 2. cap. 3.* ſe multos noviſſe viros fide dignos, qui Mercurium è Metallis, Sanguine humano prius calcinato, & ex plantis etiam Mercurium vivum elicuerint. ſed à *Kunckelio* in den *Chymiſchen* Anmerckungen. *p. 162. & 163.* Mercurius Vegetabilium atque Animalium rectè negatur. *Conf. Borell. Obſ. L. 3. Obſ. 98. Rolf. Chim. p. 425.* quamvis autem Vegetabilium atque Animalium Mercurii ad non Entia merito referantur, malè tamen à Rolfincio Mercurius Metallorum eorum albo inſertus eſt; quoniam experientia infallibilis eorum exiſtentiam demonſtrat. hinc etiam ipſi ſe oppoſuit *Becherus in Experim. Chym. Nov. p. 80. & ſeq.* cujus tamen argumenta tanti non ſunt, ut exiſtentiam hujus Mercurii evincere queant, qua de re vid. *Barner. Chim. p. 429.* Magis ſtringunt & fortius probant quæ adducit *Boyle de Producibil. Chim. Princ. p. 50. & ſeq.* & *Langelott in Epiſt. ad Natur. Curioſ. vid. M. N. C. Dec. 1. Ann. 3. Obſ. 69.* ubi accuratiſſimè modus Mercurium Antimonii per trituram parandi deſcribitur.

fortè cogitationibus aptior. Nec porro, (cum vel unica ad extrinſecarum ſordium ſeparationem ſufficiat,) (b) *lotionibus toties diverſimodisque liquoribus repetitis*, at eo ipſo inter continuatas concuſſiones, Mercurii tantum particulas (poſtliminio ſubſidentes) ſecum abripientibus, ſupervacuè vexatus, aut eodem fine per *corium* (cum abſorpta metallica nihilominus magnam partem ſic

COMMENTARIUS.

tur, atque ſic eo ipſo *Angelus Sala* qui *Anat. Antim. P.I. cap. V. Oper. p.*315. hunc negat, refellitur: de Mercurio Veneris & Antimonii vid. *Barckhauſen l. c. p.*200. Totum autem negotium in eo conſiſtit, ut ſulphura Mercurium ligantia à Salibus alcalinis ſaturentur, ſic enim Mercurius ſui juris & liber fit: hujus rei manifeſtum exemplum habemus in reſuſcitatione Mercurii ex Cinnabari alique Mercurialibus mediantibus alcalibus peracta. Sed altius inhærent hi Mercurii Metallis, hinc non niſi magno labore exindè elici poſſunt, merito itaque dubitatur, an id paucarum horarum ſpatio contingere queat, quod tamen ſe præſtiturum gloriatus eſt *Kunckelius l. a. p.* 165. Quamvis autem hodie Mercurios Metallorum dari certum ſit, non omnibus tamen eſt fidendum proceſſibus, multi enim eorum falſi ſunt, unde etiam ſeductus Rolfincius eorum exiſtentiam prorſus negavit. Sæpius quoque Mercurius qui deſtillatione prodit, verus Metalli Mercurius non eſt, ſed potius ab additamentis, v. g. Mercurio ſublimato aliisque provenit: interdum vero larvati ſunt iſti Mercurii & particulæ Metallicæ tantum dilutæ & fluorem quaſi adeptæ ſunt ab acceſſoriis, quæ ſi adimas priſtinam metallum induit formam. Cum itaque Mercurii hujus præparatio admodum tædioſa ſit, merito Vulgari, ex quo ſcopo noſtro inſervientia commode parari poſſunt remedia, contenti ſumus: qui autem hunc, inpr. ex auro paratum, in Lue Venerea curanda optimum futurum, acturumque eſſe tuto & jucundè absque ulla ſalivationis noxa, magisque Metallorum transmutationi inſerviturum eſſe quam vulgarem, cum *Ettmüll. T. I. p.* 832. credit, illi per nos tædia laboris in ſe ſuſcipere licitum erit. De *Mercurio Philoſophorum* alibi agendi dabitur occaſio.

(b) *Lotionibus*) cum Mercurius vivus ſit quaſi amalgama quoddam Naturale, & hinc non raro aliorum Metallorum particulas abſorptas ſecum vehat, operæ pretium duxere Chimici, eum ab hiſce heterogereis liberare particulis, quem in finem varias inſtituêre

quoque ſecum revera trahat,) *expreſſus ;* operoſiusve adhuc ab *aliis Metallicis* (*pretioſioribus etiam*, nec ſine tædioſis ſæpe repetitionibus) pro majori depuratione vel exaltatione, data opera, prius *abſtractus:* cum, ſi venalis (electus) adhuc tamen ſuſpectus

COMMENTARIUS.

ſtituêre depurationes : cumque has particulas non unius ejusdemque naturæ eſſe certo perſuaſi fuerint, varios quoque hinc depurandi excogitârunt modos : quorum duodecim recenſet *Unzerus Tr. Med. Chym. p.* 432. quibus ex aliis alii adhuc addi poſſent depurandi modi : Tres tamen potiſſimum in uſu ſunt, quorum *primus Lotione* peragitur ; idque eam ob rationem fit, ut partes Salinæ vel Oleoſæ Hydrargyro admixtæ ſeparentur ; quare etiam diverſi in uſum trahuntur liquores, inter quos præcipui ſunt, Acetum vel ſimplex, vel cum Sale communi mixtum, Lixivium Calcis vivæ, cinerum clavellatorum, ſaponariorum, quibuscum fortiter agitatur, ſæpiusque lavatur; alii autem loco horum ſpiritum Vini adhibent. vid. *Schrœd. L. III. p.* 391. *Secundus* modus *Trajectione* vel *Transcolatione per Corium* fit, ut ſcil. partes Terreſtres & Metallicæ craſſiores, dum minutæ Mercurii particulæ per anguſtos Corii poros tranſeunt, in corio remaneant & Mercurius ſic purior evadat. conferri huc merentur cautelæ *Barneri Chim. p.* 132, ſuppeditatæ. An autem h. m. Mercurius à Metallicis particulis liberetur, meritò dubitatur : metallicæ enim particulæ ſæpius adeò arcte admixtæ ſunt, ut facillimè cum Hydrargyro, quocum fluidum homogeneum conſtituere videntur, per corii poros tranſeant, vid. *Bohnii Differt. Chim. Phyſ. p.* 340. & 422. *Act. Haffn. Vol. I. Obſ.* 76. *p.* 148. *Tertius* Mercurium depurandi modus *Abſtractione* ſive *Deſtillatione* perficitur : quando ſcil. *vel* ſolus deſtillatur, ut particulæ craſſiores in Retortæ fundo maneant : *vel* eundem ob finem Salia, Sal ſcil. commune, Tartari, aut Calx Viva, Terra Sigillata, aliaque admiſcentur ; *vel* in Æthiopem Mineralem prius cum *Lemery Chim. p.* 207. redigitur, & poſtea deſtillatur : *vel* denique è variis Regulis cum Mercurio Amalgamata fiunt, exque iis Mercurius elicitur. Sed licet hæ depurationes non incongruæ ſint, crudus tamen atque vulgaris ad medicamentorum præparationem ſufficit; quoniam nec hiſce deſtillationibus aliisque modis productus Mercurius prorſus ab alienis Metallicis particulis liberatus eſt, uti id demonſtrat *Borrichius Act. Haffn. l. c.* & ſi quæ ipſi adhuc inſunt heterogeneæ partes, eæ in

videatur, quantum internis Practici uſibus quotannis ſufficit, ſucceſſivè quaſi gratis habeatur è (c) *Butyri Antimonialis* vel *Amalgamatis Jovialis* (pro ſudorifero maximo,) *deſtillatione* (d) *Mercurii dulcis* (applicato curcurbitulæ capitello) *Sublimatione*, aut *ſimpliciſſimâ tandem ſublimati per Martem* (ulterius tractabilem) (e) *redu-*

COMMENTARIUS.

medicamentorum præparatione relinquuntur. An autem juxta Borrichium, Mercurii granum carboni candenti injectum quiete fumando totum recedens, genuini; è contra carbonibus inſtrepens & crebris ſaltibus fugam moliens, ſpurii ſignum ſit? alii examinent. Certum interim eſt à nobis purgandi fine Mercurium h. m. cum aliquali Metallorum pretioſorum deperditione paratum minus requiri, vulgaris enim iſte qui juxta *Barneri Chym. p.* 132. nitidus, argentei coloris & rarus eſt, nobis, ſive crudus, ſive absque magno lotus fuerit apparatu, inſervire poterit: exaltatio enim iſta quam quidam in Mercurio ex Amalgamatibus elicito, quærunt, nondum adeo certa atque probata eſt.

(c) *Butyri Antimonialis*) Mercurius h. m. facilè obtineri poteſt, quando ſcil. *vel* ſub finem deſtillationis ignis maximè augetur, guttulæ Mercurii currentis in vas Recipiens deſtillant: Vel capiti mortuo additur calx viva, limatura Martis, aliudve alcali & igne fortiſſimo urgentur, ſic enim itidem Mercurius guttatim deſcendit. Vid *Lemery Chym. p.* 299. & 303. *Collect. Chym. Leid. p.* 276. eodem modo ad obtinendum Mercurium deſtillatio capitis Mortui ſudoriferi Maximi inſtitui poteſt.

(d) *Mercurii dulcis*) & hoc modo Mercuri particula colligi poteſt, inpr. ſi juxta Authorem ex Sublimati atque Mercurii vivi partibus æqualibus ſublimatur: pars enim quædam Mercurii nec admiſceri nec aſſimilari poteſt, hinc in ſublimatione in auras abit; ſi autem alembicus parvus vel capitellum cucurbitulæ imponitur, particulæ Mercuriales in eo coeunt, atque in vaſculum ſubjectum deſtillant.

(e) *Reductione*) non ex Mercurio tantum ſublimato, ſed ex omnibus aliis tam ſublimatis, quam præcipitatis Mercurialibus Mercurius reſuſcitari poteſt, v. g. ex cinnabari omni, Mercurio, præcipitato rubro, ſublimato dulci, aliisque. Deliteſcunt enim tantum globuli Mercuriales ſub Salium vinculis in ſublimato corroſivo, à quibus ſi per Martem aliave alcalia liberantur, priſtinum acquirunt fluorem. Mars in retorta remanens, ſi calcinatur in Crucibulo, loco Croci Martis inſervire poteſt ad obſtructiones

nes

ctione &c. Ex horum proin aliquo, cum *Mercurius* alias (f) infidus ille Servus, & in (g) Vomitoriis præcipue (ceu hactenus propoſita ſunt) plerumque nequam, in (h) Specificis è contra per competentia coagula vel acceſſoria profecto plane ſingularis, ad (i) Salivationes facilè, ſed cautè tamen applica-

COMMENTARIUS.

nes tollendas, per Salia enim jam optime recluſus eſt Mars, & ſic ad acrimoniam humorum tollendam eò aptior eſt.

(f) *Infidus ille Servus*) Non immerito nomen hocce à Chymicis ipſi impoſitum eſt, licet enim longiore digeſtione formam externam nonnunquam mutet, licet quoque additis Salibus aliis in variis ſublimationibus atque Præcipitationibus fixus reddi videatur, facillimè tamen priſtinam reaſſumit formam, imo interdum, licet alæ maximè ipſi præciſæ videantur, prorſus avolat, & ſic ſpem Alchymiſtarum eludit, hinc etiam *Servus Fugitivus* ab *Ang. Sala Oper. p.* 256. ab aliis autem corpus incoërcibile vocatur: quia porro omnis generis formas induit, *Protheus* & *Mercurius* appellatur.

(g) *Vomitoriis*) Emeticis ex Mercurio paratis parum fidendum eſt, quoniam draſtica admodum ſunt, ſalivationem facilè excitant, aut pro ratione humorum in corpore ipſi occurrentium levi negotio damnum inferre poſſunt: qualia ſunt Præcipitatus per ſe, Communis, Ruber, Albus, aliaque de quibus vid. *Schrœd. L. III. p.* 391. *& ſeq.* Optime itaque extra corpus præparandus eſt, ne intro ſumptus noceat.

(h) *Specificis*) in multis ſanè morbis admodum ſingularis & optimus eſt: ita cum Sulphure ſubactus, aut in aqua coctus vel infuſus, aut etiam cum Sacharo tritus, egregrium eſt remedium anthelminticum: externè autem Unguentis vel pinguedini mixtus ſcabiei medetur, ulcera exſiccat & pediculos maxime fugat, præſertim ſi *Cingulum*, vulgo ſic dictum, *Sapientiæ* nudo geſtetur in corpore, unde non raro absque ulla Salivatione Scabies inveterata curatur.

(i) *Salivationes*) inter alios Mercurii effectus ſatis admirandos non ultimum occupat locum Salivatio, qua mediante Lues Venerea omniaque ejus adjuncta optimè extirpantur, ut hinc revera Specifici Remedii nomen in hoc morbo mereatur: quamvis, ſi juxta *Sydenhamii* mentem *Opuſc. p.* 30. Specifica conſideremus, hunc titulum minime mereatur, quia cum evacuatione humorum ſenſibili operatur: nobis tamen ſufficiat, hodie

 in

COMMENTARIUS.

in malo hoc eradicando nullum præſtantius reperiri remedium. Quis primus hunc Mercurii effectum detexerit, nondum adeò conſtat, communiter tamen primus hujus rei creditur obſervator *Johannes Carpus* Medicus Veronenſis. de quo vid. *Ettmüll. T. I. p.* 387. Excitatur autem Salivatio variis modis, & quidem vel per Interna remedia vel per Externa. Inter Interna Salivantia remedia præcipum occupant locum, Arcanum Corallinum, Turbith Minerale, Mercucius præcipitatus albus, Panacea Mercurialis aliaque, quæ aliquot diebus ſucceſſivis adhibita Salivationem excitant, de quibus vid. *Lemery p.* 187. per totum fere *Cap. VIII. de Mercurio.* Externè autem non uno quoque modo Salivationis gratia Mercurius in uſum trahitur. Olim eam mediante ſuffumigatione excitare ſolebant, injiciebant ſcil. Cinnabarim vel crudam, vel in Trochiſcos redactam carbonibus, & ægri in Conopoeo, im Schwitzkaſten/ fumum corpore excipiebant; vel etiam ſuaſu *Sylvii Oper. p.* 113. ſolo ore hauriebant: ſed quoniam hic Salivandi modus ob copioſum Sulphur Cinnabari admixtum, nervisque admodum inimicum, absque noxa adhiberi non poteſt, ſenſim in deſuetudinem abiit: ipſemet vidi aliquando à tali ſuffumigatione à Chirurgo quodam adhibita convulſiones enormes, optimis medicamentis vix coercendas. Huic itaque alii minus periculoſiores ſubſtituti fuerunt modi, inter quos hodienum præcipue uſualis eſt Inunctio; Mercurius ſcil. cum pinguedine tritus atque ſubactus, cui pro re nata alia adduntur, ſub forma Unguenti membris externis illinitur. Quo etiam pertinent pediluvia ex Mercurio dulci in aqua calida ſoluto parata, ut & Soleæ ex Mercurii amalgamate in Hiſpania apud Magnates uſuales. de quibus omibus optimè agentem vid. *Bohn. de Offic. Med. pag.* 290. *& ſeq.* Sed licet facillime Salivatio Mercurialibus hiſce excitari queat, ſumma tamen cautelâ opus eſt & reſpectus habendus tum ad medicamenta ipſa Salivatoria, tum quod maximum eſt ad corpora ſive ſubjecta in quibus Salivatio eſt excitanda. Cum enim Mercurialiá magna additorum vel ipſius quoque præparationis ratione intercedat differentia, omnino videndum eſt, quæ ægrotis conveniant. Ipſorum corporum quoque ſumma habenda eſt ratio, quia Mercurius nervis eſt admodum inimicus, ita quidem ut *Ramazzini de Morb. Artif. p.* 15. *&* 25. continuum tremorem in Foſſoribus Mercurii & Aurifabris obſervaverit; hinc ante omnia videndum, an corpora Salivationem ferre queant, ſicca enim, cholerica, aut debiliora indè maximè

bilis, ad (l) alvum denique laxandam (inter tot longe vehementiores vomitoriasque formulas,) attentionis & delectus (per experientiam directi) omnino indigus ſit; Cum porro (m) *Corallatus Secretior*, Hydropis, Phthiſis, Podagræque victor, ob Alcaheſtinæ lagenulæ defectum nobis nedum quidem verè comparuerit, (n) *Vulgares vero totiesque variati ejus modi* (tandem omnes in Nitrum recidentes) iſtius promiſſa neutiquam exolvant: tantisper itaque nunc huic (uſitatiorum & experientiæ ſa-

COMMENTARIUS.

ximè læduntur: deinde ſi ipſis conveniens eſt, corpus ante probe per balnea, Venæ Sectiones, Purgantia aliaque præparandum, quam Salivatio excitetur. De modo quomodo Mercurius Salivationem excitet, vid. *Ettmüll.* T. 1. *pag.* 388. *Lemery Chym. p.* 197.

(l) *Alvum laxandam*) licet plura proſtent Mercurialia quæ alvum laxare dicuntur, pauca tamen eorum ſunt, quibus tuto fidere licet; maximam enim partem vomitoria ſunt: hinc & hoc loco cautela opus eſt, nec temere fidendum, ſed ſola experientia, fida rerum magiſtra, ſequenda eſt, hæc enim quæ Vomitoria, quæ alvum laxantia ſint, Tyrones optime edocere poteſt.

(m) *Corallatus*) Author & inventor hujus eſt Paracelſus, ſed uti in omnibus fere, ita & hic maximè obſcurus eſt, ita ut parum emolumenti exinde redundet in Medicinam. Juxta *Helmontium*, *Tract. Arcan. Paracelſi Oper. p.* 742. fit, quando à *Mercurio Vulgi liquor Alcaheſt ſemel tantum abſtrahitur: ſic reſidet in fundo Mercurius coagulatus & pulverabilis, ne quicquam in pondere auctus aut diminutus: à quo pulvere cohobanda eſt aqua albuminum ovorum donec Corallii colorem acquiſiverit. Mercurius hic, eodem teſte, ulcera pulmonis, veſicæ, laryngis, renum, purgando per ſedem ſanat, adeo ut & Podagram funditus evellat.* Sed cum Liquoris Alcaheſtini natura hodie minus cognita ſit, ſecretum huncce magnorum morborum debellatorem in obſcuro relinquere coacti ſumus. Paulo aliter Corallati deſcriptionem tradit *Barckhauſen Pyroſoph. p.* 196. cujus Epicriſis de hoc Proceſſu omnino legi meretur.

(n) *Vulgares*) cum magnificus remedii titulus, ejusque efficacia in morbis magnis curandis multos alliceret, varii quoque præparandi modi excogitati fuerunt. Quidam enim per ſublimationem Arcanum Corallinum præpararunt, uti *Crollius Baſil. Chim. p.* 182.

tis ſic conſtantium) Syllogi adjiciamus ſaltem polychreſtum illum hactenusque (citra abuſus) præ aliis minus verendum (o) MERCURIUM DULCEM, ex anaticis ſcilicet ſublimati vivique partibus ſemel tantum, (niſi quod jam aſcenderit, ſub ipſo ſubli-

COMMENTARIUS.

182. alii per præcipitationem ſ. fixationem, ter Spiritum Nitri à Mercurio abſtrahendo & poſtea in Crucibulo calcinando vid. *Schrœd. LIII. p.* 393. alii inſuper Spiritum Vini à fixato hoc Mercurio abſtraxerunt vid. *Collect. Chym. Leid. p.* 245. *& p.* 268. Sed licet hæc medicamenta Mercurialia à Nitro rubificata, Arcani Corallini nomine ſuperbiant, viribus tamen Corallinum verum Paracelſi minime attingunt, nullus enim eſt, qui hiſce vomitum & Salivationem adhuc excitantibus, Pulmonum aliarumque partium nobilium ulcera, vel omnem ferè Medicinam reſpuentem Podagram curare potuerit.

(o) *Mercurium dulcem*) Dulcis vocatur quoniam in hujus ſublimatione ſumma Mercurii ſublimati corroſivitas perit, atque inde medicamentum provenit innoxium: hinc etiam *Draco mitigatus*, ob colorem verò & quia inſtar Aquilæ ſuperiora cucurbitæ petit, *Aquila alba*, ut & *Calomelas* vocatur. De proportione ingredientium inter Authores non convenit, dum alii ex partibus æqualibus Corroſivi atque Vivi cum Authore noſtro eum præparant, alii cum *Schrœdero L. III. p.* 398. *& Lemery Chym. p.* 221. minorem Vivi quam Corroſivi adhibent quantitatem: alii autem cum *Barnero Chym. p.* 451. Sublimati part. j. cum Vivi part. IV. ſubigunt. Sed quod hancce diſcordiam attinet, *Hoffmanni* admonitio *Clav. p.* 274. admodum placet, tantum ſc. Mercurii Vivi admiſcendum eſſe, quantum Sublimatus recipere valeat, determinari enim non poſſe exactam Vivi doſin, ob diverſam Sublimati præparationem, quo enim magis ſit Corroſivus Mercurius Sublimatus, eo majorem Vivi requirere quantitatem & contra: illud tamen certum eſt, plus Vivi quam Sublimati non requiri, hinc patet quid de *Barneri* præparatione cenſendum ſit, ad minimum enim tres Mercurii partes avolant, niſi quis earum fugam, applicato cucurbitæ capitello impedire velit. Quod ſublimationem attinet, alii cum Authore noſtro ſimplici tantum contenti ſunt, alii bis, alii ter, alii ſexies vel ſepties eam repetunt: ſed quo plus ſublimatur, eo magis vis purgans perit, hinc purgandi fine ſemel vel bis tantum ſublimetur. Emergit exindè medicamentum innoxium purgans & alterans optimum: ſed

mationis actu compendioſe bacillo ferreo denuo detrudere placuerit,) ſublimatum , calidaque poſtmodum elotum. Qui (p) *Venale ſublimatum* probum (aut per olei Tartari guttulam ſubſequâ flavedine , non vero nigrore , prius ab Arſenicali contagio pro recepto more diſtinctum) hic adhibuerit, producto ſuo non diffidat. Sin autem omnino cum nonnullis laborioſior eſſe voluerit, loco venalis (ad Buryri tamen Antimonialis Jovialisque deſtillationem etiam profecto ſufficientiſſimi) domi tantillum, quod hic requiritur per nos paret: ſive jam ſpecioſior Recentiorum modus, per ſolas Salis communis, ac (parum tamen huc reapſe contribuentis) Vitrioli particulas , citra fruſtraneas ſublimationis repetitiones arriſerit ; ſive vulgatior ſaltem , Nitrum aut Nitroſa inſuper adſciſcens , ſiquidem quod è Nitro hic ſuſpectum habemus , ab initio ſublimationis pro more avolat.

COMMENTARIUS.

ſed & h. l. illud *ne quid nimis* eſt obſervandum, ne noxæ indè ſequantur; medicamenta enim optima per abuſum noxia evadere poſſunt: quo etiam referendæ videntur obſervationes iſtæ de Mercurii dulcis uſu noxio, quas refert *Crugerus M. N. C. Dec. 2. Ann. VI. Obſ.* 41. *p.*108. vel forſan Mercurius malè præparatus fuit, qualis eſt ille cujus *Wedelius A. M. M. p.* 254. mentionem facit, aut nimia ejus doſis fuit, cujus rei exemplum occurrit *M. N. C. Dec. 2. Ann. X. Obſ.* 14. *p.* 34. Sed hæcce tanti non ſunt, ut remedii hujus uſum diſſuadeant, eſt enim revera tutiſſimum ac ſuaviſſimum, quod vermibus & omni putredini maximè reſiſtit, ſcabiei inveteratæ, Lui Venereæ & omnibus morbis à viſcido oriundis optime medetur, rectè hinc *Graſſius M. N. C. Dec. I. Ann.* 3. *Obſ.* 56. *p.* 80. ejus defenſionem in ſe ſuſcipit. idem l. c. eum maximè commendat ad Variolas, & *Veneni Variolici Alexipharmacum* vocat. Præparationem optimè tradit *Lemery l. c.* ubi variæ in ejus præparatione obſervandæ cautelæ occurrunt: ad quas illa à *Wedelio Pharm. Acroam. p.* 326. ſuppeditata referri meretur, qui ſuadet, ut materia cum pauxillo aquæ ſubligatur, ne ſublimati pulvis inter terendum aſſurgens, ſternutationes maximas excitet.

(p) *Sublimatum*) Hic itidem in diverſas abeunt partes Authores dum alii hæc, alii alia eligunt ſalia, alii prius cum Aqua forti Spritu Nitri vel Vitrioli ſolvunt & ad ſiccitatem abſtrahunt,

§. II. Atque ſic quidem paratus *dulcis ille Mercurius*, (a) circumſpecteque præſertim (ne reſes inconvenientias quasdam excitet) Vegetabilibus Mineralibusve competentibus exſtimulatus, non ſolum aliorum quorundam catharticorum Mineralium (operoſiorum aut vehementiorum) vicem ſat commodè ſuo modo ſupplet, verum etiam facile prompteque præſtat, quod paulo

COMMENTARIUS:

ſtrahunt, hinc materiam pulveriſatam cum Vitriolo aut aliis ſublimant Salibus, alii omnia fere Salia corroſiva cum Mercurio vivo & additâ inſuper ſublimati particulâ ſimul ſublimant. Eligi ex hiſce poterit ſublimandi modus quicunque placuerit, omnes enim eo tendunt, ut Mercurius figatur per Salia acida & corroſivus reddatur: nec eſt quod cum *Hoffm. Clav. p.* 273. eum ceu malignum ac deleterium reſpuamus, quem Nitrum vel Aqua fortis ingreditur, Nitroſæ enim particulæ ab initio ſublimationis maximam partem ſtatim avolant, & licet omnes remanerent, non video quale incommodum afferre queant, aut quare cæteris Salinis particulis magis malignæ vel deleteriæ credi debeant. Sublimatum hocce, inpr. quod Venetiis paratur, arſenico (ut ſcil. major ejus copia obtineatur & nitidius illud appareat) adulterari, fraudemque illam oleo Tartari per deliquium detegi poſſe (ſpurium enim exinde nigram, verum autem flavam vel rubram concipere maculam) communis eſt opinio. Sed probationem hancce eſſe nullam oſtendit *Barckhauſen Pyroſoph. p.* 194. omnis enim corroſivus, juxta eum, quantumvis optimus primo flavam, poſt rubram, & ſi diutius aeri exponitur, quadantenus nigram contrahit maculam, quæ tamen ab arſenico non proficiſcitur: arſenico enim ſi affunditur oleum Tartari, neque efferveſcentia oritur, neque coloris albidi in alium fit converſio. Hancce experientiam confirmat *Hiſtoire de l' Acad. des Sciences p.* 64. Dominus enim *Boulduc* in omnibus cum Domino *Barckhauſen* convenit, id tamen negat, ſublimatum nigram tandem concipere maculam, cujus rei veritatem Membris Academicis demonſtravit.

(a) *Circumſpecte*) quamvis medicamentum ſit optimum & magni in Medicina uſus, nihilominus tamen & hic circumſpectione opus eſt, ne omnibus promiſcue detur; Scorbutici enim exinde facillimè ulceribus faucium, & gingivarum affliguntur: imo, quando remanet in corpore, non raro ſalivationem excitat. Hinc, quia tardior in operando eſt, & ut

mala

ferè diligentiores *in toties repetito* (non ſine laborum ac Vitrorum jacturis) *Sublimato illo dulci, notorie hinc enervato* quæſiverunt; aut adjecta (exaltationis vel appropriationis gratia) (b) *nobiliorum Metallorum particula à Solari Lunarique* (ſimiliter purgatorii hic parum contribuente) corpore intenderunt hic alii. Nec opus iuſuper habemus, ut (inter blanda quidem purgantia in libellis relata, in rei verò veritate vomitus ſat validos aliasve in corpore turbas & incommoda paſſive cientia illa,) *Arcanum Corallinum quodvis* (c) *Flores Mercurii Argenteos*, ſique his alia quoque parium promiſſorum Præcipitata adjungere licet, *Mercurium, Laxativum in Pharmacopœis dictum*, (à præcipitato tamen Vitriolico nihil differentem,) (d) *Præcipitatum per ſe* (minori ign is

COMMENTARIUS.

mala hæcce præcaveantur, conſulto ſtimuli loco duo vel tria grana Reſinæ Scammonii vel Jalapæ adduntur, ſic enim ob fortiorem irritationem tempus ipſi cum acribus ſcorbuticorum ſalibus coëundi, atque corroſivi quandam ſpeciem conſtituendi, (uti quidam rem concipiunt) non conceditur.

(b) *Nobiliorum Metallorum*) quidam ut exaltarent Mercurium dulcem, eique vim roborantem conciliarent, Mercurii dulci aliquoties ſublimato Croci Solis tertiam vel quartam partem addidere & ſublimationem denuo inſtituerunt: tales ſunt Manna Mercurii *Schrœderi Pharm. L. III. p.* 400. & Mercurius dulcis Solaris *Zwelfferi Ph. R. p.* 504. Alii autem lóco Solis idem Lunæ pondus addidere uti *Beguinus* apud *Rolf. Chim. p.* 263. *Conf. Schrœd. l. a. p.* 401. *Hoffm. Clav. p.* 277. Sed quascunque etiam nobiliores virtutes pretioſis hiſce Sublimatis adſcribant, vix tamen majus quid, quam à vulgari expectare licet, parum enim metalla hæcce ad purgandum conferunt: an autem vis quædam analeptica iis inſit, adhuc ſub judice lis eſt.

(c) *Flores Mercurii argenteos*) ob colorem tantum ita dicuntur, nihil enim argenti illorum compoſitionem ingreditur. Deſcriptio eorum videri poteſt apud *Schrœderum l. a.* ſub Tit. *Lanugo Perlata*, & *Grülingium Florileg. Chym. p.* 87. *Ang. Sala Oper. p.* 760. Sed quia nec hi viribus ſublimatum noſtrum ſuperant, inſuperque longè majorem requirunt laborem, commode ſuis Inventoribus relinquuntur.

(d) *Præcipitatum per ſe*) modus huncce parandi in omnibus fere Chimico-

vigore continuationeque) quadantenus fixatum, vel per operoſas *Spiritus Vini*, *Vitrioli*, *Acetive deſtillati abſtractiones nominetenus plerumque* (e) *correctum*; aut conſimilium vix promiſſis ſtantium quodpiam ullatenus iſti adſociemus.

§. 12. Nam (uti alias notum) ſi Jalapæ ſolitariæ vel Scammonio exaſperatæ, aut (Mercurii in Pulveribus ac Tabulis (a) *ma-*

COMMENTARIUS.

rum libris reperitur, potiſſimum tamen legi meretur *Zwelff. Mantiſſ. ſpagir. p.* 500. qui non ſolum proceſſum accurate deſcribit, ſed etiam Vaſis ad hanc præcipitationem neceſſarii iconem *l. c.* exhibet. quænam autem ſit cauſa, quare diuturna hâc digeſtione Mercurius currens in pulverem rubicundum inſtar cirnabaris redigatur, inter Chimicos non convenit: alii enim ſimplicem texturæ immutationem & hinc etiam mutatam radiorum lucis reflexionem cum *Hoffmanno Clav. p.* 265. allegant: alii in cauſa eſſe putant cum *Lemery Chim. p.* 248. particulas igneas in poris Mercurii hærentes; alii colorem huncce cum *Barnero Chim. p.* 457. Sulphuri externo adſcribunt, credentes Sulphur hocce à calore agitatum & excitatum rodere Mercurium prorſus eodem modo, ac quando ex Sulphure & Mercurio paratur Cirnabaris. Quicquid ſit de hiſce rationibus atque integro proceſſu, non apparet, quare aliis præferri mereatur, non enim adeò fixus redditus eſt, levi enim negotio reſuſcitari poteſt, uti alia Mercurialia, nec etiam adeo mitis eſt, ut per ſolam diaphoreſin agat, aut Laxativi tantum nomen mereatur, vomitum enim excitat ſat validum, uti ipſi præcipitati hujus admiratores fatentur: imo præcipitato Vitriolico ne hilum, quidem mitior eſt. Minimè ergo opus eſt, ut in unicum purgans, draſticum tamen, unius usque ad trium menſium ſpatium impendamus, quandoquidem medicamenta paucarum horarum ſpatio parabilia & tuta in promptu ſunt.

(e) *Correctum*) cum poſterius hocce præcipitatum, Laxativum quidem creditum, ſua tamen non careat violentia, variis modis id corrigere ſategerunt: hinc vel ſpiritum Vini, Vitrioli vel acetum deſtillatum ab illis abſtraxerunt, de quibus vid. *Schrœd. L. III. p.* 394. Verum enimvero cum nulla neceſſitas ſuadeat medicamenta correctionis indiga, ſi benigniora proſtant, quid opus eſt hiſce tempus aureum terere?

(a) *Maſticationem* Formularum variæ à Medicis inventæ ſunt ſpecies, partim ut gratia nonnunquam medicamen-

ſticationem non immerito nonnunquam declinantibus) ſupra poſitarum ſimiliumve Pilularum mediocri doſi (æquabiliter & vel ex tempore ſaltem) permiſceatur; abunde hinc proveniet, quod non ſolum è paulo ante notatis *Mercurialibus Catharticis* (infidis tamen & vehementioribus) *præparationibus*, vel è tot *Mercuriatis* (b) *Pilulis*, *Pulveribus aliisque compoſitis* hactenus expectatum eſt; verum etiam, quod inſuper (interficiendorum & rejiciendorum (c) *vermium* intuitu,) in numeroſa illa, maximam vero partem ingratiori *Morſulorum*, *Rotularum*, *Pulverumque contra lumbricos*

COMMENTARIUS.

camentis concilietur, partim ut commodius & absque noxa aſſumi queant; non enim omnia quibusvis formulis quadrant: ita extracta amara commodius in pilulis quam in potiunculis aſſumuntur, quia ſic amarities illorum maximam partem occultatur: ita Mercurius dulcis, quamvis prompte omnibus fere formulis admiſceri poſſit, conſultius tamen in Pilulis & Bolis, quam in Pulveribus atque Morſulis ſive Tabulis præſcribitur: cum enim, quod ſupra jam innuimus, Mercurialia omnia faucibus atque gingivis maximè infeſta ſint & levi negotio eas ob acrimoniam exulcerent, facile tale quid contingere poſſet, ſi pulvis faucibus adhæreret, aut dentium interſtitiis, dum Tabellæ maſticantur, Mercurius ſe inſinuaret; quod è contra optime præcavetur, quando Mercurius cum ſtimulo quodam Bolo vel Pilulis includitur, ſic enim facillimè absque ulla adhæſione deglutitur.

(b) *Pilulis*) quales ſunt *Hydragogæ Mynſ. Armam. p.* 148. quarum baſis eſt *Turbith Minerale*, cui Extractum Hellebori, Colocynthidis, Elaterii, Rhabarbari, Crocus Metallorum in ſubſtantia, & Gummi de Peru roſatum è Purgantium numero adjecta ſunt. Sed quoniam Pilulæ hæ ob draſtica Purgantia minus tutæ ſunt, eas rejicimus, iisque alias ex Mercurio dulci paratas longè tutiores ſubſtituimus.

(c) *Vermium intuitu*) cum certum ſemper fuerit apud Authores Mercurium anthelminticum eſſe præſtantiſſimum, producta ejus varia variis admiſcuerunt formulis, inpr. autem ad pueros fallendos Morſulos, Rotulas atque Pulveres Mercuriales varios paraverunt, tales ſunt Rotulæ contra vermes *Zwelfferi Ph. R. p.* 84. it,

ſerie, in *ſpeciebus Dia-Mercurii ac conſimilibus* jam pridem hodieque propoſitis, diverſimode hic quæritur. Quippe cum alias (d) *Mercurius crudus & per ſe* in hunc finem ſuo modo tutus quidem, at paulo languidior, ſumentibusque profecto formidabilis; (e) *Decoctum ejus* (nî particulas Mercuriales quaqua etiam ratione ſatis abſorptas ſimul afferat) pariter planè deſes, (f) *Mixtura deni-*

COMMENTARIUS.

it. pulvis pro Confectione adverſus lumbricos inſpergenda, ut & alii duo contra vermes pulveres. *l. c. p.* 137. quo etiam pertinent Species dia-Mercurii, *Mynſ. Armam. p.* 103. quorum omnium baſis eſt Mercurius dulcis. Verum enim verò quamvis Anthelmintica Zwelfferiana, quod compoſitionem & gratiam attinet, non ſint contemnenda, & ſpeciebus diaMercurii nauſeoſis præferenda, nihilominus tamen ob rationes ſupra dictas commodius Mercurius in Bolo quam in Rotulis infantibus exhibetur.

(d) *Mercurius crudus*) Uſus hujus in Paſſione Iliaca ſummus eſt, ſæpiſſimè enim omnibus aliis irritis hocce ferè ſolo ægri è mortis faucibus eripiuntur, cujus, rei exempla videri poſſunt apud *Ettmüll. T. II. p.* 125. *M. N. C. Dec. II. Ann. VII. p.* 214. non raro tamen inflammatione inteſtinorum jam orta, aut motu periſtaltico ita inverſo, ut etiam ſuppoſitoria atque Clyſteres ano vix injecti vomitu ſtatim rejiciantur, (quale quid anno proximè elapſo in femina quâdam videre licuit,) fruſtra ægris propinatur. Quod vermes autem attinet, licet optimè eos enecet, rectius tamen ei Mercurius dulcis cum ſtimulo quodam ſubſtituitur, qui eodem modo & melius adhuc vermes enecat & expellit, nec etiam adeò languidus in operando & formidabilis in aſſumendo eſt uti crudus.

(e) *Decoctum*) juxta *Michaelem Oper. p. m.* 140. Mercurii crudi probè depurati Unc. IV. in Aquæ Flor. Perſicorum, Graminis, Portulacæ, ãã. ℔j. infunduntur & in fimo equino vel Balneo Vaporis digeruntur, ſi autem tempus non patiatur diuturnam digeſtionem, per aliquot horas benè tantum agitantur. Doſis ejus eſt ab Unc. *ß.* ad ij. Vocatur alias *Aqua Hermetica Augenii.* Decoctum Mercurii *Ettmüll. T. I.* 1087. commendat ad lavandas lentigines, die Sommerflecken/ & manus ſcabioſas: Noxius tamen Mercurialis aquæ uſus externus deprehenſus eſt in ſcabie. vid. *M. N. C. Dec. I. Ann. II. p.* 45.

(f) *Mixtura*) Pulvis hicce griſei coloris egregium habet uſum in enecandis vermibus ſive cum ana ſive cum

que cum duplo præter propter Sacchari Canarienſis triturando parata (in liquidis vehiculis admodum inſtabilis, ſi tamen nihilominus placuerit) extemporanea tunc ſit.

COMMENTARIUS.

cum duplo vel triplo ſacchari paretur, de quo vid. *Wedel. Am. M. M. p.* 367. Ab hoc parum differt *Æthiops Mineralis*, ob colorem ita dictus ex Mercurii p. IV. & Florum Sulphuris p. iij. ſola tritura paratus, à *Gualtero Harris de Morb. Infant. Acut. p.* 136. & à *Schrœero* im Unterricht von Kinder Krankheiten / paſſim adeo commendatus; qui etiam revera non ſolum contra vermes, ſed etiam potiſſimum contra atrophiam optimus eſt: ſi tamen quis ab uſu horum abhorret, Mercurius dulcis commode ſubſtitui poteſt.

CLASSIS III.

CAPUT III.

DE

DIAPHORETICIS MINERALIBUS.

§. I. Convertamur proinde ad *Mineralium Claſſem*, præ reliquis hic pariter exuberatiſſimam, ſive Simplicia, ſive Compoſita (antiquiora aut recentiora,) diverſasque horum omnium Variationes, (ut plurimum eodem recidentes, aut ſupervacui ſaltem aliquid proceſſui appendentes, vel tacitè è vetuſtiſſimorum libellorum orco reproductas,) intuemur. At qui compendiariæ Praxi nobiſcum adſuevit, miſſis hujus generis coincidentibus, aut præter rem carioribus, tædioſioribus &c. haud difficulter paucis aliquot ſequentibus; aut (in libero convenientiorum ſelectu,) conſimilibus acquieſcet.

TERRA SIGILLATA §. 2. Si enim primò quispiam è *Terrarum, Margarum, confiniumque* (huc usque dum tractorum) generibus, unicam ſaltem , non quidem præcisè tantum (a) *Sileſiacam Strigonienſem* , (quamvis præ reliquis hactenus meritò uſitatiorem ,) ſed & aliam quandam , (ceu variæ nunc in Germania obſervatæ ſunt ,) ſelectiorem , pinguem , inprimis *Rubram*, & non tam annulo , quam continuatâ experientiâ ſufficienter ſi-

COMMENTARIUS.

(a) S*ileſiacam*) Omnes ferè Terræ quæ à Medicis in uſum trahuntur, ſigillo quodam notatæ ſunt, unde etiam nomen gerunt: quibusdam tamen loco quaſi cognominis à patria adhuc nomina impoſita ſunt, unde alia eſt *Strigonienſis*, vel *Strigenſis* alia *Lignicenſis*, alia *Lemnia* alia *Samia*: aliis à figura impreſſa nomen eſt, uti *Terræ S. Pauli.* Inter omnes autem terras, quarum plures ſpecies hinc indè in Germania reperiuntur, hodiè maxime uſualis eſt Sileſiaca, quia præ cæteris pinguis & ad tactum viſcoſa eſt: duæ ejus dantur ſpecies, ratione loci & coloris diſtinctæ, quarum altera, *Strigonienſis* dicta, Colore rubro vel potius Citrino prædita eſt: altera autem, cui *Lignicenſis* nomen eſt, alba eſt: illa quia Auri particulis imprægnata creditur, *Axungia Solis*, hæc autem, cui Argenti portiunculas ineſſe putant quidam Authores, *Axungia Lunæ* appellatur. alii cum *Langio Oper. P. l. p.* 292. Rubram & Citrinam â ſe invicem diſtinguunt & ſic tres Species conſtituunt, cui adſtipulari videtur *Schrœd. L. III. p.* 309. qui tamen Citrinam Cineream vocat. Rubra communiter albæ præfertur, cujus characterem eſſe notat *Ammannus Introd. ad Mat. Med. p.* 10. ſi fruſtula vino injecta ſonum colliſionis edant, als wañ Fenſterſcheiben zerknickten. Terram hancce ad hyperbolem usque laudaverunt primus ejus inventor Johannes Montanus, & poſt eum Andreas Bertholdus atque Caſpar Schwenckfeld: juxta hos enim omnis generis venenis, Mercurio ſublimato, Aconito, Philtris, Peſti, Hydrophobiæ &c. reſiſtit; prætereaque magnarum eſt virinm in Catharris, Diarrhœis, Dolore capitis aliisque morbis internis; externe autem omnis generis hæmorrhagiis, vulneribus, ulceribus malignis & cancroſis, Pernionibus, Serpigini aliisque cutaneis affectibus medetur: vid. de hisce *Langius l. c. Ettmüll. T. I. p.* 831. Quamvis autem hæcce in Terræ Sigillatæ laudem prolata, quoad omnia experientiæ non reſpondeant,

gnatam, nec deprædatoria (b) *Lotione* exhauſtam habuerit; cauſam non videmus, cur aliàs inſuper *è Turcia, vel* (ſi credimus) (c) *è Lemno placentulas*, (ſæpè ſuſpectas) aut (d) *Bolum* vel è mediâ nonnunquam Germania *Armenum*, (dum alias tot

COMMENTARIUS.

deant, nihilominus tamen remedium non eſt contemnendum in Diarrhoea, Dyſenteria aliisque morbis ubi malignitas quædam ſubeſt.

(b) *Lotione*) licet terra hæc plerumque per ſe ſatis pura ſit, ita ut absque ulla præparatione in uſum trahi queat, nihilominus tamen alii lotione neſcio quas heterogeneas particulas ſeparare ſatagunt: ſed rectè ab *Authore noſtro, Shrœdero, Ettmüllero l. c.* talis ceu inutilis rejicitur; quoniam ſæpius hoc modo pars laudatiſſima & uſui Medico maximè habilis perit.

(c) *Lemno*) Lemnia terra ab Inſula Lemno, quæ hodie Stalimene vocatur, nomen gerit, Galeni jam tempore admodum celebris fuit, qui etiam *Lib. IX. de Medic. Simpl.* modum quo tum temporis eruebatur & ceremonias quibus parabatur, fusè deſcribit: ſignabatur illo tempore capræ ſigno, quia Inſula Dianæ conſecrata erat; Dianæ autem capra à Poëtis addicta fuit: non autem ideo ſignum capræ gerebat, ac ſi ſanguis hirci vel capræ ipſi admixtus fuiſſet. An autem hodienum Terra Lemnia vera ad nos perveniat, meritò dubitatur, parum enim terræ quod qnotannis magnis ceremoniis effoditur, maximam partem Conſtantinopolim mittitur, & quod reliquum eſt terræ ab incolis atque Turcis ſtudioſe ſervatur; quare exindè facilè colligi poteſt, Terram Lemniam quæ hodie in officinis proſtat, licet Turcicum ſigillum impreſſum gerat, veram non eſſe, ſed potius aliam à Turcicis Mercatoribus iſti ſubſtitui. Reliqua quæ huc pertinent vid. ap. *Lang. l. c. p.* 289. *Ettmüll. T.* 1. *p.* 830. *Hoffmann. Clav. p.* 429. *Kircher. Mund. Subterr. T.* 1. *p.* 358.

(d) *Bolum*) à Terris ſigillatis vix differunt Boli, quorum diverſæ quoque dantur ſpecies, inpr. coloribus differentes; alius enim eſt albus, alius ruber, alius pallidus. Ex hiſce præſtantiſſimus vulgo habetur qui in Armenia effoditur, qui ramen rarò ad nos pervenit, & ſi ejus copia nobis datur, ſæpius multiplici mercatorum impoſtura depravatus eſt, teſte *Kirchero l. a. p.* 359. rectius hinc ei alii ſubſtituuntur, v. g. *Toccavienſis*, à fluvio Tockay ita dictus, quem earundem cum Armeno virium eſſe teſtantur *Act. Anglic. Ann.* 1666. *p. m.* 18. *Conf. Hoffm. Clav. p.* 134. *Würtenbergi-*

cus,

epiceraſtica atque ſiſtentia Gummea, Opiata, Martialia, Corallina &c. præ manibus ſunt,) vel denique (e) *è Maltha minores* (cum S. Pauli) *aut majores* (cum Eremitæ ſigno) *paſtillos, S. Pauli Baculos, & Viperæ vel* (f) *vermiformes Maſſas* (raritatibus aptiores) *Samiam* ac (g) *reliquas Terrarum cinereo albo, flaventeve colore variantium exoticas ſpecies* exigere neceſſum habeat: aut cur noſtrates

COMMENTARIUS.

cus, de quo vid. *Welſchius Hecatoſt. Obſ.* 1. *p.* 88. aliique. Boli inpr. rubicundi Martialis naturæ eſſe creduntur, & juxta *Ettmüll. T.* 1. *p.* 831. in acido ſoluti ſolutionem quaſi dant viridem, qualem dat Mars. Hinc etiam vi abſorbendi acidum, adſtringendi, roborandi præditi ſunt. Olim morbis à putredine orientibus & inpr. peſti Bolum Armeniacum opponebant, uti ex Galeno probat *Rob. Boyle de Simplic. Medic. Uſu* §. 8. *p.* 61. Sed cum Terra ſigillata majorum deprehendatur virium, & quod uſum Chirurgicum attinet, plura externa ſiſtentia Gummea Martialia aliaque idem, imo plus in hæmorrhagiis præſtantia in Officinis reperiantur, non videmus quare medicamenta præter rem multiplicari & Boli huc trahi debeant.

(e) *Maltha*) Terræ hujus varia ſunt ſigilla, de quibus vid. *Wormii Muſæum p.* 8. vim ei communiter tribuunt alexipharmacum ex ea ratione, quod S. Paulus, cum in Inſula Melita hybernaret, non ſolum ſpeluncæ huic, ex qua terra effoditur & in quâ ſolitus fuerit verſari, dictam virtutem communicaverit, ſed etiam toti terræ Inſulæ benedixerit, omni autem reptilum venenatorum generi maledixerit: & hinc etiam omnia venenata animalia ſuam nocivam exuiſſe naturam.

(f) *Vermiformes maſſas*) hiſce, quæ alias *Gloſſopetræ* vocantur, eandem virtutem alexipharmacam tribuunt, imò quidam hâc ipſa Lapidem Bezoardicum eas ſuperare credunt. Sed quia omnia, quæ de ſuperſtitioſa hac terrâ hinc indè ab Authoribus proferuntur, ſolâ nituntur traditione, nec ſufficienti experientia probata ſunt, eam curioſorum Muſeis relinquimus: qui autem prolixius de ea legere cupit, evolvat *Kircher. l. c. Ammann. Introd. ad Mater. Med. p.* 11. *Hoffm. Clav. p.* 130. *Langium l. c. p.* 292. *Th. Barthol. Cent.* 1. *Epiſt.* 53. *p.* 223. *Wormii Muſæum* aliosque.

(g) *Reliquas Terrarum*) quales ſunt Terra Adamea ſive Damaſcena, Ilſana Cimolia, Chia, Hybernica, Norwegica aliæque de quibus vid. *Hoffm. Clav. p.* 137. *Ettmüll. p.* 773. Sed uti Terram Adameam Arcanorum ſcrutatoribus

quoque reſiduæ ex ordine (h) *Margæ*, ſæpè nimium quantum limoſæ, & (quod nec in Terra ſigillata nunc infrequens,) impuriores, vel nedum ſatis comprobatæ ſeorſim exiſtere debeant. (i) *Galactites* & (l) *Lac Lunæ* potius curioſorum hic muſeis quadrant; quodque alibi pro nominis ratione præſtant, in Cryſtallo ſimilibusque pariter

COMMENTARIUS.

toribus pro Naturæ Sulphure atque Sale eruendis relinquimus, ita cæteras ad Muſea relegamus, nobis enim unica ſufficit terra Sileſiaca.

(h) *Margæ*) Margæ ſunt terræ argillaceæ variis coloribus diſtinctæ, lapidibus incluſæ, unde etiam medulla ſaxorum, Steinmarck / appellantur. Huc etiam pertinet *Terra Samia*, quam Margæ quandam ſpeciem eſſe ex *Wormii Muſeo Langius l. c. p.* 285. refert: ſed nec hiſce ſelectus noſter indiget.

(i) *Galactites*) vel à facultate γαλακτοποιητικὴ, vel quod coti attritus, teſte *Brunone in Lexico p. m.* 422. ſuccum reddat lacteum & dulcem, nomen ſuum accepit. Uſus ejus eſt vel internus vel externus: internè cum aqua vel vino tritus & poſt balneum exhibitus, ad lactis augmentationem à quibusdam commendatur: externè autem ceu amuletum eundem in finem à mulieribus geſtatur, ita quidem, ut ab anteriore colli parte pendens medium inter utramque mammam occupet locum: & hic loci muliercularum non paucæ reperiuntur, quæ toto lactationis tempore lapidem hunc gerunt, ejusque virtutes mirè deprædicant: quarum quasdam novi, quæ, ſe ab illo notabilem lactis augmentationem (cum tamen antea ejus defectu laborarent,) ſenſiſſe, ſanctè affirmarunt. an perſuaſio hic aliquid contribuat, an verò lapis hic revera ad lactis generationem concurrat, certò determinare non licet, donec uberior experientia rem magis confirmet.

(l) *Lac Lunæ*) eſt ſubſtantia quædam candida, levis, rara & friabilis, ad inſtar fere Agarici, unde etiam *Agaricus Mineralis* vocatur, cujus magna copia in cryptis ſubterraneis & in ſpecie in ſpelunca Baumanniana montis Carparthici, oder der ſo genannten Baumanns Höhle / reperitur; in hâc enim continuo liquor quidam ex rimis cavernæ fluit, qui tandem in talem albam ſubſtantiam coagulatur. vid. *M. N. C. Dec. I. Ann.* 3. *Obſ.* 139. *p.* 220. adhibetur internè ad lactis augmentationem, quam inpr. promovet, acidum, lactis generationem impediens, abſorbendo; communiter autem cum Cryſtallo præſcribitur, ſed hâcce idem efficere poſſumus, ita ut

invenitur. Sic eſt quidem aliquid (m) *Terra Catechu*; nec (n) *Eſſentia ejus* (cum ardenti acidulove Menſtruo extracta) inter ſiſtentia rejicula eſt: cum tamen hactenus tot ei ferè conformibus Martialibus Vitriolaceisque, tot Corallinis, Succineis, Opiatis &c. idem æque feliciter aut certius obtinuerimus, inter Alexipharmaca verò nil queat, eccur eo pretio maſſam Metallici Germinis vel atramentoſæ analogiæ, Regionis naturam æſtimantibus procul

COMMENTARIUS.

ex hâc ratione Lacte Lunæ opus non habeamus. Externè ad ulcera exſiccanda & conſolidanda commendatur. prolixius qui de hac materia legere deſiderat, adeat *Schrœd. Pharm. Append. p. 5. Hoffm. Clav. p. 136.*

(m) *Terra Catechu*) Quid Catechu ſit inter Authores non convenit: Terrenæ proſapiæ eſſe cum *Schrœdero L. III. p. 312.* ſentiunt *Macaſius Prompt. Mat. L. 2. Cap. 3. Hœfer. Herc. Med. L. 1. cap. 5.* Gießwein *Hodog. Med. L. 1. P. 1. p. 46.* & ex Recentioribus Gallis *Pomet Hiſtoir des Drogues Part. III. p. 3.* qui eam in montibus ſummis ſub radicibus Cedrorum reperiri ait, ibidemque ab incolis vocari *Masquiqui.* E contra ſunt alii qui pro ſucco expreſſo eam habent, id quod optimè ex analyſi *Wedelii M. N. C. Dec. I. Ann. 2. Obſ. 128. p. 210.* relata patet: quibuscum conferantur ea quæ habet *Langius l. c. p. 287.* Denique etiam dantur, qui id pro Compoſito habent, idque Vitriolicæ naturæ eſſe aſſerunt, è quorum numero eſt Auther noſter. Varias Authorum de quidditate hujus medicamenti ſententias, eorumque rationes, vid. apud *Lang. l. c. & Hagendorn. Tract. de Catechu Sect. II. cap. 3. p. 15.* eo tamen recidit plurimorum Recentiorum ſententia, *eſſe eam ſuccum compoſitum*, ejusque baſin eſſe ſuccum Arecæ, eique liquiritiæ ſuccum, Betele, Lignum Aloës aliaque admixta eſſe. Quicquid autem ſit de hiſce diſſentientium Authorum opinionibus, remedium eſt non contemnendum in omnibus iis affectibus ubi adſtrictione opus eſt, partesque roborandæ ſunt: ita *Wedelius M. N. C. l. a.* optimo cum ſucceſſu ea uſus eſt in Urinæ profluvio continuo, in Hernia varicoſa: *Hagendorn* autem *l. c.* optimum effectum vidit in Catarrhis, Ptyaliſmo, Fœtore Oris, Hæmorrhagiis, Phthiſi, Hæmoptyſi, Hypercatharſi, Fluxibus alvi, aliisque quam plurimis affectibus.

(n) *Eſſentia ejus*) paratur juxta *Wedel. l. a. Obſ. 130.* affundendo Terræ Catechu

dubio haud adeò expertem è Japonia usque redimamus; (o) *Magiſterium Terræ Sigillatæ* (per præcipitationem) manifeſte deſes eſt; quemadmodum & famoſus ille (p) *Spiritus*, aliarum argillacearum vel bolarium terrarum extorto liquore vix notabiliter præſtantior; ſanè non is, cui ſoli in verè maliginis, etiam ſub largâ, (quam exigit) doſi temere confidas. Ita (q) *Tinctura Terræ ſigillatæ* (cum

COMMENTARIUS.

techu ſ. q. Spir. Vini Rectificatiſſimi partem ſextuplam vel octuplam: quocum conſentit *Hagendorn. l. c. p.*42. niſi quod hic diverſis vicibus ſpiritum Vini pro extractione affundat: aliam hic & quidem elegantiorem adhuc parat ex Eſſentia Catechu ſicca: hæc autem fit, quando Spiritus Vini à Tinctura omnimodè abſtrahitur vel evaporatur, reſiduumque leniter exſiccatum pulveriſatur. Alias adhuc *l. c.* deſcribit ratione Menſtrui differentes: *Travmaticam* ſc. cum Spiritu Chereſolii: *Stypticam* cum Spiritu Theriacali: *Antiſcorbuticam* cum Spiritu Cochleariæ: *Stomachalem* cum Spiritu panis Secalini: *Confortantem* cum Spiritu Citri, additâ Confectione alkermes ambrata. Eſſentiam hanc fruſtra adhibitis Theriacalibus, Stomachicis, Tonicis & Topicis, optimo cum ſucceſſu adhibuit *Wedelius l. c.* in Hypercatharſi ab Ari radicis & folio tum infuſo ortam. Qui autem ob caritatem, quæ tamen tanta non eſt, remedium hocce reſpuunt, ii Martialia, Succinea, Opiata &c. cum Authore noſtro Terræ huic ſubſtituere poſſunt.

(o) *Magiſterium Terræ ſigillatæ*) ſolvitur ſcil. Terra ſigillata in Spiritu Nitri, & deindè præcipitatur vel Oleo Tartari p.d. vel Aqua comuni. vid. *Schrœd. l. a. p.*310. Sed hoc nullius prorſus, uti pleraque magiſteria, eſt uſus aut efficaciæ: quatenus h. m. Terra ſigillata à Spiritu Nitri aliisque acidis ita ſaturatur, ut poſtea in corpore acidos humores, quorum tamen gratia maximè in uſum trahitur, abſorbere & invertere nequeat.

(p) *Spiritus*) Vel per ſe abſque ullo additamento ex Terra ſigillata elicitur: vel Terra prius cum aqua macerata deſtillatur & hinc denuo ſuperfuſo Spiritu Vini poſt aliqualem digeſtionem Spiritus abſtrahitur: vel denique eidem ſpiritui Sal proprium alcalinum jungitur, de quibus vid. *Schrœd. l. a.* Sed quamvis hic Spiritus ob gratam aciditatem in malignis non contemnendus ſit, quia tamen parum eſt quod deſtillatione ex hâc terra elicitur, & alii ſpiritus minerales aciduli parciori doſi exhibiti idem præſtant, commodè eo carere poſſumus.

(q) *Tinctura Terræ Sigillatæ*) Hanc deſcribit *Hoffmann. Clav. p.* 133. extrahit

Salis Spiritu ſolutæ , & poſt hujus evaporationem vel abſtractionem, Spiritu Vini extractæ,) tum originis, tum coloris cauſa ſpecioſa quidem, at pro ſimplici adſtrictorio Martialibus, æque ac ingratus iſtius (r) *Liquor*, (cum Terra aliquoties Spiritu Vitrioli imbibitur, & hinc denuo quaſi deliquando ſolvitur,) revera poſterior, in Malignis autem aliàs (cum ſui ſimilibus ſtringentibus acidis) inconvenientior eſt; ac longè tunc ſecurius res alexipharmacis Opiato ſociatis, ac Præparatis Præcipitantibus tranſigitur. Si quid hic ſuper addendum, potius (vulgare nunc paſſim) (s) *Unicornu foſſile* videretur: non quidem quoad Maſſam iſtam ſolummodo, quæ *Cornu* refert, ſed etiam quoad reſiduas partes, *Dentes* ſcil. perquam elegantes, *Mandibulas*, *Tibias &c.* experientia nobis æque, (ſi compacta nec per ſubterraneorum alienorum acceſſum eroſa vel corrupta fuerint) efficacia. Paratum hinc *Pulverem Polychreſtum* ſupra poſuimus, cum diverſorum additamentorum variatione; inter quæ cum vegetabilia ſolidiora & vegetiora (ſi quidem omnino

COMMENTARIUS.

ſcil. terram cum ſpiritu Salis compoſito, hinc tincturam filtratam abſtrahit, & poſtea cum Spiritu Vini vel alio cordiali conjungit & denuò filtrat: hanc à gt. X. usque ad XXX. in angoribus cordis, vomitu & Dyſenteriâ malignâ ſummi eſſe uſus aſſerit.

(r) *Liquor*) Terra ſcil. aliquoties Spiritu Vitrioli vel Nitri imprægnata & pulveriſata, reponitur in locum frigidum, ut in liquorem rubicundum reſolvatur. *Hoffm. l. c.* Liquor hic naturæ eſt aluminoſæ & hinc vim egregie ſtypticam poſſidet: ob quam ipſam tamen in malignis, ubi natura ſolutionem morbi per cutim inſtituit, non adeò convenit, quia levi negotio natura in ſuo motu turbatur. Pro adſtrictione autem obtinenda, Tinctura Martis adſtringens Liquoris hujus & Tincturæ quoque vices commodè ſupplere poteſt.

(s) *Unicornu foſſile*) quale concretum hoc ſit, variæ variorum Authorum ſunt opiniones: alii enim ad Margas id referunt: alii Hominum & animalium, Univerſali iſto mundi diluvio ſuffocatorum & terra obrutorum, oſſa petrefacta id eſſe volunt: alii lignum petrefactum: alii bitumen coagulatum ejus materiam ſtatuunt. de quibus vid. *Lang. l. c. pag.* 322. Sed poſte-

pro gregariis placeat) per extemporaneam mixturam haud difficulter eſſe queant, non videmus, cur tum ſuperius relatos *Pulveres* ac *ſpecies*, tum *Terram ſigillatam*, *Bolum Armenum* aut *Cornu Cervi*, *ſeorſim per infuſa vel decocta alexipharmaca* (t) *inſuccata*, ſyllogi huic aſſociare debeamus: ceu quoad reſidua, (v) *Ochra*

COMMENTARIUS.

poſteriores duæ opiniones fidem vix merentur, & probabilius eſt juxta *Wedelii Programma de Unicornu foſſili p. 6.* Unicornu foſſile ἄμορφον, eſſe Margam quandam concretam: ἔμμορφον autem ſive figuratum, & varias animalium partes perfectè referens, eſſe animalium oſſa in terra petrefacta: nec obſtant monſtroſi iſti dentes aut aliæ animalium monſtroſæ partes in terra inventæ, data enim quoque fuerunt animalium monſtra, quorum partes ſucceſſu temporis in ſaxa quaſi mutari potuerunt: hoc ipſo tamen non nego, margam interdum in terra ita formari poſſe, ut aliquo modo animalium partes æmulari videatur. Hûc trahuntur à nonnullis Gloſſopetræ Melitenſes, quas nil aliud quam Canis Carchariæ dentes petrefactos eſſe aſſerunt, vid. *Lang. l. c.* hos tamen ab illis diſtinctos eſſe demonſtrat *Ammannus Introd. ad Mat. Med. p. 166.* Quamvis autem unicornu foſſile quoad uſum cum animalium partibus calcinatis & terra ſigillata, acidos humores invertendo, motumque efferum ſiſtendo, conveniat, ea tamen ſuperat adhuc, hinc in Dyſenteria maligna, Gonorrhœa aliisque morbis acutis malignis egregie convenit. Exinde paratur *Pulvis Bezoardicus Auth.* N. cujus deſcriptio ſupra de *Diaphoreticis Vegetabilibus* §. 19. occurrit.

(t) *Inſuccata*) ſunt qui Boli, Terrarumque lotiones ceu inutiles rejiciunt, hinc ei inſuccationem, ut majores & ſpecificas h. m. acquirant vires, ſubſtituunt: hunc in finem vel Rore majali, aqua tonitruali, vel decocto Cornu Cervi, vel tormentillæ, ſcordii, ſcorzoneræ &c. irrorantur. vid. *Schrœd. l. a. p. 308. Hoffm. Clav. p. 128.* Sed cum pulvis horum Terris admiſceri, aut etiam ſucco eorum ex tempore ſi neceſſitas requirit imprægnari queant, nulla neceſſitas efflagitat, ut ſeorſim proſtent.

(v) *Ochra*) eſt ſpecies quædam terræ luteo colore tincta, quam Venereæ & Martialis naturæ aſſerit *Ettmüll. T. 1. p. 832.* Duæ ejus dantur ſpecies 1. *nativa*, de quâ vid. *Pomet. l. a. p. 113.* 2. Artificialis, ex plumbo parata. vid. *Hoffmann. l. a. p. 136.* In medicina rariſſimi eſt uſus, niſi quod juxta Hoffmann. aliquando externè ad tophos aliosque tumores diſcuti-

Alutariis, (u) *Creta*, inter tot præcipitantia ſtomachica, domeſticis uſibus, (x) *Smectis* in ſpecie Fullonibus, (y) *Tripolitana* Politoribus aptior eſt; noſtrati forte *Bolo*, ceu alii (z) *Rubricam* volunt, ob Martiale conſortium tonſorum cataplaſmatibus relictâ

COMMENTARIUS.

ſcutiendos Emplaſtris admiſceatur. Hinc maximam partem inſervit Pictoribus & Alutariis, qui ultimi corium flavo colore eâ mediante tingunt.

(u) *Creta*) eſt terra alba ab Inſula Creta ſive Candia nomen gerens. Hæc licet raro in uſum trahatur, optimum tamen eſt remedium in Sodâ ſive Ardore Ventriculi, quam particulas acidas, Sodam producentes, abſorbendo in momento ſiſtit. Imo *Gualterus Harris de Morb. Acut. Infant. p. m.* 128. Cretam Coralliis præfert in Diarrhœa ſiſtendâ, eamque hinc inde ad multos Infantum affectus acutos commendat. Externè eam laudat *Muys Prax. Med. Chirurg. Rat. Decad. IV. obſ. 5. p. m.* 151. hâc enim in Unguentum cum butyro inſulſo redactâ durum mammæ tumorem brevi ſuſtulit. Conf. ejus *Annot. in Chirurg. Barbette p.* 140.

(x) *Smectis*) eſt terra quædam inſtar Smegmatis pinguis atque glutinoſa, qua utuntur Fullones ad depurandam lanam. vid. *Pomet. l. a. p.* 115. Sed quia hæc in Medicina nullius eſt uſus, Fullonibus relinquenda eſt.

(y) *Tripolitana*) & hujus terræ in Medicina nullus eſt uſus, ſed inſervit tantum Politoribus ad Vitra metallicaque corpora polienda: idque præſtat ob aſperitatem, quâ mediante ſordes abſtergit atque inæqualitates tollit.

(z) *Rubricam*) eſt terra rubra compacta naturæ martialis, cum hæmatite aliqualem habens cognationem. Duæ ejus teſte *Hoffm. l. a. p.* 137. & *Lang. l. c. p.* 286. dantur ſpecies, quarum altera *naturalis*, altera *artificialis* eſt. Vi gaudet adſtringente, hinc à vulgo ad ſiſtendam Dyſenteriam in uſum trahitur: alias uſus ejus interne apud Medicos rationales eſt nullus, ſed tantum externe Cataplaſmatibus aut Emplaſtris adſtringentibus admiſceteur, quo etiam Bolus noſtrâs referri meretur.

INDEX.

INDEX.

ÆRris ſquamma 67
Æthiops Mineralis 83
Agaricus 31
Agarici *Extractum* 32
Infuſum & Decoctum 31
Aloë 5
ejus Extracta varia 7
Inſuccatio 8
Species variæ 5
Antimonium 43
Antimonii Acetum 59
Butyrum cum & ſine Mercurio 50. 51
Crocus 54
Crudi uſus internus 47
Decoctum & Infuſum 46
Flores varii 48
correcti 58
Hepar 53
Regulus 52
Sulphura 55
Vitra varia 47. *ſeq.*
Aqua *Hermetica Augenii* 82
Arcanum Corallinum 75
BAlſamum perpetuum 21
Bolus 85
COlocynthis 21
ejus analyſis Chimica 27
extractum 22
Creta
Crocus *Metallorum*
an agat irradiatione 55
Cryſtalli *Lunares* 66
DAcrydium 15
ejus Extractum aromatiſatum 17
ELectrum *minus & majus* 60
Electuarium *Antimoniale* 61
Febrile ibid.
Emplaſtrum *de Hermodactylis* 28
Eſſentia *Catechu* 88
Turpethi 31
Flos Mirabilis 2
GAlactites 87
Gamandra *correcta* 37
Gilla Venerea 64
Gloſſopetræ 86
Gummi Guttæ 35
ejus analyſis 38
Magiſterium 37
cum pane correctum 39
Vitriolatum 37
de Peru roſatum 36
HElleborus *niger* 17
ejus analyſis 18
Extractum 20
Maceratio 19
Hepar *Antimonii* 53
Hermodactylus 27
ejus extractum 28
Hermodactylata Patavinorum 27
JAlapium 1
ejus Extractum 4
Infuſum 5
Magiſterium 3
LAc Lunæ 87
Laxativum *Minerale* 60
Liquor *Terræ Sigillatæ* 90
MAgiſterium *Croci Metallorum* 54
Marga 87
Mechoacanna *alba* 25

Mecho-

Mechoacannæ *Conſerva* 25
Extractum 26
Fecula 25
Infuſum 26
Reſina ibid.
Mercurius 68
Corallatus 75
Crudus 82
Dulcis 76
Solaris ibid.
Metallorum 69
Præcipitatus per ſe 79
Sublimatus 77
ejusque probatio 78
Vitæ albus & luteus 50
Regulinus 57
Flores argentei 79
Reductio 72
Nitrum *fixum ſ. Antimoniatum* 53
Ochra 92
PIlulæ *Antimoniales* 61
Francofurtenſes 9
de Hermodactylo 27
Lunares 66
Perpetuæ 52
Pulvis *Anthelminticus griſeus* 82
Antimon. cathartici 62
Arthriticus 27
Niger 47
Polychreſtus 13. 39
Syrius 14
REgulus *Antimonii* 52
ruber 53
Rhabarbarum 31
ejus Extractum 34
Emplaſtrum 33
Infuſum & Decoctum 34
Tinctura ibid.
Roſa Mineralis 51
Rubrica 92
SAccharum *Saturni* 67
Salivatio 73
Sal *Vitrioli* 65
Scammonium 13
Roſatum 15
Sulphuratum ibid.
Scammonii Magiſterium 14
Præparationes & Correctiones ib.
Sena 9
Senæ extractum 12
Infuſum 11
Smectis 92
Species *Dia-Mercurii* 82
Dia-Turbith cum Rhabarbaro 30
Spiritus *Terræ Catechu* 88
Vitrioli Philoſophicus 51
Squamma *Æris* 67
TArtarus *emeticus* 56
ſolubilis 57
Vitriolatus 61
Terra *Catechu* 88
Lemnia 85
S. Pauli 86
Samia 87
Sancta 53
Sigillata Lignicenſis 84
Strigonienſis ibid.
Tripolitana 92
Tinctura *Terræ Sigillatæ* 89
Trochiſci *Alhandal* 22
Turbith *Vegetabile* 28
VItriolum *album* 65
Factitium ibid.
Lunare 66
Martis ibid.
Regeneratum ibid.
Veneris 67
Unicornu *foſſile* 90
Yquetaja *ſ. Scrophularia Aquatica major corrigit Infuſum Senæ* 11

FINIS.